# Theatrum amoris divini et humani

## Ludovicus van Leuven

**bron**
Ludovicus van Leuven, *Theatrum amoris divini et humani*. Michael Snyders, Antwerpen 1655 (herdruk)

Zie voor verantwoording: http://www.dbnl.org/tekst/leuv001thea01_01/colofon.php

Let op: werken die korter dan 140 jaar geleden verschenen zijn, kunnen auteursrechtelijk beschermd zijn.

*digitale* bibliotheek voor de Nederlandse letteren

## Approbatio Ecclesiastica.

CVm in hoc Theatro, tam acumine versuum, quàm eleganti inuentione emblematum, humani amoris incommoda & noxae, diuini verò commoda & pulchritudo Lectori graphicè exhibeantur, illud praelo dignissimum iudico, non inidoneum quippe mihi videtur, qui promptiùs etiam Deum oremus, vt in nobis accendat ignem sui amoris, & flammam aeternae charitatis. Amen. Actum Antuerpiae 6. Febr. 1655.

ANTONIVS SANDERVS CANONICUS & SCHOLASTICUS IPRENSIS, LIBRORUM CENSOR.

# Actvs Primvs.
# *Praelvdivm,*

Ars est artium, ars Amoris. Et ei nihil eripi potest, qui nihil praeposterè amat. *Iac. Bill.*

*Qui nunquam in fluxis rebus defixit amorem,*
*Omnibus amissis, perdidit ille nihil.*

Menander.

### ***Dominium Amoris.***

*ESt Amor, cui rectè hominis forma tribuitur, quia temporalis ac fragilis esse cognoscitur; ideo lineamento puerili depingitur, quia cius lasciua lubricitas, nec annis senilibus temperatur: ideo pennatus, quia in quaecumque conceperit velociter ruit: ideo telis ignitis constructus, quia illicitis ardoribus semper iunctus est gladius: ideo autem coecus, quia cùm exarserit, non aetatem considerat, non formam, non sexum, non gradum, non sacrosanctum illum sanae pietatis affectum. Reges, milites, nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, docti & indocti, iuuenes & senes, omnes eius dominio subiecti sunt. Hic facibus suis pectus Dauidis incendit, hic Salomonem telis eius occidit; hic Susannam conatus est duorum seniorum, aut prodigiosis ignibus subiicere, aut parricidali gladio iugulare. Hic vbique turbulentus, vbique fertur insanus; promittit, dat, tollit, nunc tristis, nunc hilaris, nunc humilis, nunc elatus, nunc ebrius, nunc ieiunus, nunc accusator, nunc reus: iocatur, ludit, pallet, tabet, suspirat, celat, obsequitur: aut tétat, aut decipit, peiusque blanditur quàm furit. Vis scire dominium eius? Venenis eius quotidie totus exaestuat mundus, & vix vnus vel vna, ab eius telis euasit immunis.*

*Omnes parue puer, Veneris iustissima proles,*
*Telarum duro tu premis imperio.*

## *Seigneurie de l'Amour.*

*QVel honneur a l'Amour de veoir de si grands Princes*
*Ayant abandonné le soing de leurs procinces,*
*Pour venir faire hommage aux pieds de son autel?*
*Si c'est à l'Amour sainct qu'ils font la reuerence.*
*Ils doiuent s'abaisser deuant son excellence.*
*Gar on ne doit ses voeux qu' à l'amour immortel.*

*A ti Amor todos adoran*
*De los Dioses el mayor,*
*Rey, vasallo, sieruo y señor.*

Kan't de liefd' al ouerwinnen,
K'wil met liefde ghaen beghinnen
Stryden, al doet het my pyn;
Op dat winner naer dit stryden
Hem met liefde mach verblyden
Liefd' met lief vereenicht syn.

## *Maiestas Amoris.*

*VAlide Amor quantus es! quanta est tua infinita Maiestas! Quata cogitas, quantum imperitas, quanta diue ludis! Terra est stabilis, telis enim tuis concutitur. Vastum est mare, at tu etiam illud finisti. Penetrasti te vsque in caelum, nouitque te magnus Olympus. Pertimescant autem te omnia, & caelum spatiosum supernè, & quaecumque infra terram sunt & saecula tristia defunctorum. Tuâ autem potentiâ procul penetras quantum nunquam aspicit sol lucidus; tuo denique igni etiam lumen solare concedit metuens, & Iouis vnà cedunt fulmina. Oppianus lib. 2.*

*Sol calet igne meo; flagrat Neptunus in vndis.*
*Penta dedi Alcidae, Bacchum seruire coegi*
*Quamuis liber erat.*
*Haec regna tenet puer immitis*
*Spicula cuius sentit in imis*
*Caerulus vndis grex Nereidum.*
*Ignes sentit genus Aligerum.*
*Peni quatiunt colla leones*
*Cùm mouit Amor, tum silua gemit*
*Murmure saeuo. amat insani*
*Bellua Ponti. Lucaeque boues,*
*Vendicat sibi Amor vnus omnes.*

## *Maiesté de l'Amour.*

*CEs elements contrains font à l'Amour hommage*
*He! qui croiroit iamais, qu' vn si noble assemblage*
*Se pourroit rencontrer en faueur de l'Amour?*
*C' estoit dire clairement que sur mer & sur terre*
*Dans l' air & dans le feu ses pouuoirs il enserre.*
*Le diuin en nos coeurs reserue son sejour.*

*Siendo Dios y Rey el Amor*
*Tiene con mucho brio*
*Los elementos en segnorio.*

T'zyn ghewis al waere slauen
Die in desen waghen drauen
Op Cupidoos slim ghebodt;
Die van suyuer liefde branden,
Lyf en ziel aen haer verpanden,
Meesters vanden grooten Godt.

## *Inclinatio Amoris.*

*DExtra tenet lapidem, manus altera sustinet alas;*
*Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.*
*Ingenio poteram superas volitare per arces,*
*Pondus corporeum me nisi deprimeret.*
*Alciatus.*
*Recta probo, peruersa sequor, praesentia damno,*
*Damnato amplector. cupio caelestia, terris*
*Haereo. memet amo, mihi me contrarius odi.*
*Nolo, volo. volo, nolo. aliud damnosa libido,*
*Mens aliud suadet. formas mihi surgit in omnes*
*Proteus affectus. varia est & vana voluntas.*
*Innumero capite Hydra caro suppululat; anceps*
*Est animus. ratio multorum daedala. sensus*
*Facta fugit; fugienda facit. mihi ianua castae*
*Proditor est oculus Vestae. vaga fluctuat aestu*
*Spes mea votorum vario. discordia concors*
*Me perimit. seruat discors concordia. semper*
*Displiceo, placeoque mihi.*
*Seruus Amor mundi, mentisque ancilla voluptas,*
*Exigua ingentis praebent solatia luctis.*

## *Enclin de l'Amour.*

*TV vois l'Amour diuin qui lié au bras des aisles*
*Esleuant la pensée aux choses eternelles,*
*Tousiours le sainct Esprit nous porte vers le haut,*
*Le prophane au contraire vn poids au bras nouslie.*
*Qui nos coeurs & desseins contre bas humilie.*
*Tu ne seras trompé, choisissant comme il faut.*

*Quan differentes son estos dosi*
*A quel tire a la tierra,*
*Este en el cielo el alms encierra.*

Siet verscheyden aert van liefden
Die my schier het herte cliefden
Bieden my elck haere toonst,
Corte vreught, langdurich lyden,
D'een en d'ander te verbeyden
Eeuwelyck in haere woonst.

## *Nauigium Amoris.*

*A Mare, nauigare est. Amor à mari aliquid habet: nam sicut nauis in mari, vndis & ventis impellitur; sic mens humana desideriis in amore incitatur. Felix illa, quae amoris diuini afflatu dirigitur; diaboli, mundi & carnis tentamenta facilè contemnet & euadet.*

*Passio, crux Christi, claui, dat lancea ventum.*
*Vt portum obtineat, haec meditatur Amans.*
*Vtile propositum est saeuas exstinguere flammas,*
*Nec seruum vitiis pectus habere suum.*
*Me duce, damnosas homines compescite curas,*
*Rectáque cum sociis, me duce, nauis eat.*
*Ouid.* I. *Remed.*
*Te mea vita sequar, quascunque inuiseris oras,*
*Vna feret tellus, vnáque cymba duos.*
*Seu maris Ionii tumidas sulcaueris vndas,*
*Ionii tecum me vehet vnda maris.*
*Prona Palaestinis Christum meditabor in agris,*
*Iordanìsque bibam pura fluenta sacri.*

## *Nauire de l'Amour.*

*DAns la mer de ce monde il faut qu'vn bon nauire*
*Conduise au riche port de Perou qu'on desire,*
*Et que l'Amour diuin gouuerne le vaiseau.*
*Ie veux que les demons excitent quelque orage*
*Contre luy-que pourroit leur furie & leur rage?*
*Où commande Iesus on ne doit craindre l'eau.*

*Al baxel del Amor diuino*
*No ay otro su segundo*
*En este mar del mundo.*

Te scheep, te scheep, wordt gy geroepe*n*
Geeft u, mensch, in Godes sloepen
Laet de werelt, laet haer schip,
Nempt de rust, en schouwt de clip.
Kiest het leuen oft de doot
In des werelts oft Gods boot.

## *Naufragium Amoris.*

*A Mare est & naufragium facere, cùm mens humana, Veneris sociata illecebris, & attractu sopita Cupidinis, Dei immemor, oblita sui, & nouissimorum obliuiscens, insensibiliter in aeternam animae ruinam tendit.*

*Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non sensi, quando euigilabo? Prouerbiorum 23.*

*Amor est ratio pigra, est carcer, quó appellimur & peruenitur apertis viis, húcque accelerando ad ingentem poenam migratur.*

*Fr. Petrarcha.*

## *Naufrage de l'Amour.*

*IL s'endort au plaisir que l'Amour luy procure*
*Le traisnant doucement a sa malauenture,*
*Quel en sera le port? hélas, ie voy des feux,*
*Sans doute il le conduit en son corps & son ame*
*Serant tost consommez dans vn visue flamme.*
*Le sage quittera ce batteau malheureux.*

*Dulce es Amor, y lleua*
*El Amante con contento*
*Poco a poco al tormento.*

Blinde liefde, Venus soet
T'schynt ons te willen, menich goet,
D'eene treckt, en dander laght.
Treckt, maer al tot een verdriet,
Laght, maer compt al wt op niet;
Siele en lyf blyft sonder cracht.

## *Assecla Amoris.*

*Inuidia & zelotypia Amantes sequuntur.*

*Gestit ouans Amor, & de re sibi plaudit amatâ,*
*Nescius inuidiam, se velut vmbra, sequi.*
*Hoc habet omnis Amor, vt apertum liuor adurat,*
*Tutus ab inuidiâ cùm sit opertus Amor.*

*Zelotypia est aegritudo animi, ex eo proueniens, quòd timeat, ne absit alteri, quod cum nemine velit habere commune. Chrysippus.*

*Mulieribus innatus morbus est. Heliod. lib. 7.*

*In viris furor est. Excandescit Catullus in Gellium riualem, vt puellae suae furem. Idem aegrè fert, Gellium sibi ob pulchritudinem à Lesbiâ praepositum.*

*Circe venefica aegrè ferens Scyllam Nympham à Glauco amari; fontem (in quo se lauabat) infecit veneno, cuius virtute Scylla in monstrum marinum mutata est. Theatr. Zuing. fol. 114.*

*Qui non zelat, non amat. August.*

## *Compagne de l'Amour.*

*IAmais ce grand Phebus n'acbeue sa carriere*
*Qu'il n'ait causé de l'ombre en portant sa lumiere,*
*Et tousiours vn Amant a de l'affliction,*
*Car il voit qu'on l'enuie, & de tout prent ombrage*
*Et voit sans voir quelqu'vn qui luy porte dommage.*
*L'amour de Dieu n'a pas ceste imperfection.*

*Como al cuerpo no dexa*
*La sombra, assy el Amor*
*No dexa sin celos su possessor.*

Als met een schalduw' ouerlommert
Staet die liefde seer becommert,
'Tis Medea die haer mint.
Inden gront is ialousie,
Welck is pure frenesie.
Inde liefd zyt wel verzint.

## *Amaritudo Amoris.*

*ALueolis dum mella legit, percussit Amorem*
*Furacem mala apis, & summis spicula liquit*
*In digitis, tumido gemit at puer anxius vnque,*
*Et quatit errabundus humum, Venerìque dolorem*
*Indicat, & grauiter queritur quod apicula paruum*
*Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.*
*Cui ridens Venus, hanc imitaris tu quoque dixit,*
*Nate, feram, qui das tot noxia vulnera paruus.*
*Theocritus.*
*Quod iuuat exiguum est, plus est quod laedit amantes,*
*Proponant animo multa ferenda suo.*
*Quot lepores in Atho; quot apes pascuntur in Hyblâ;*
*Caerula quot bacchas Palladis arbor habet;*
*Littore quot conchae, tot sunt in amore dolores*
*Quae patimur, multo spicula felle madent.*
*Ouid. 2. Art.*

## *Amertume de l'Amour.*

*CVpidon en pleurant se vat plaindre à sa mere*
*Qu'vne mouche a la main d'vne picqure amere*
*L'at picqué iusq'au sang: hé pourquoy pauure enfant*
*Fallois tu iouer là: toute passion folle,*
*Pour son hoste payer, l'attriste & le desole:*
*Mais le diuin Amour des maux est triomphant.*

*Cupido, y la abeja*
*Aunque de poco caudal*
*No dexan de hazer grand mal.*

Wat voor wonder Venus broetsel
Dat ghy diefken, creeght voor voetsel
Prickels van dit cleyn ghespuys:
Ghy die cleyn en boos van gronde,
Brandt, doorschiet, gheeft wondt op wonde,
Moort de ziel oock in haer huys.

***Spiritus Amoris.***

*----Iunxitque leones*
*Compulit & durum colla subire jugum.*

*Alciat.*

*Nulla tanta est feritas, quae non aut Amoris arte cicuratur, aut Amoris vi domatur, tam in belluis, quàm in hominibus: neque ingenium tam hebes, quod non Amoris subtilitate & astutiâ acuitur, neque tanta pusillanimitas, quae non Amoris flammâ animatur.*

*----feras qui vincere tales*
*Est potis, à nobis temperet, anne manus?*
*Nemo adeo ferus est, qui non mitescere discat,*
*Cùm sua trans fibras spicula iecit Amor.*

*Da rudem & rusticanum, statim ab Amore fiet ingeniosus & vrbanus. Da incultum ab Amore cultissimus efficietur. Philippus Beroaldus.*

## *L'esprit de l'Amour.*

*QVi n'at iamais senti les plus fortes atteintes*
*Que l'Amour porte au coeur, & ses peines non feintes*
*Entre les gens d'honneur on ne doit l'estimer.*
*Car le propre d'Amour est de rendre dociles*
*Les plus rudes esprits, & mesme à tout habiles.*
*L'amour de Dieu fait plus, si l'on tasche à l'aymer.*

*Ni hombre tan cobarde*
*Ni bestia tan saluaje*
*Quien el Amor no de coraje.*

Can 't Cupido soo beschicken,
Dat zyn liefde doet verquicken,
Oock een dom en stomme beest;
Wat en sal God niet vermeughen,
Als zijn liefde compt verheughen
T'menschen hooch verheuen Gheest;

## *Lubricum Amoris.*

*Est via solliciti plena timoris, Amor.*

*Ouidius.*

*AMor, omnes Amantis vias lubricat, quia amare lubricare est. Casus abest Amanti, antequam percipit. & ibi cecidit vbi non timebat.*

*In Amore haec omnia insunt vitia. Riualitas, suspiciones, iniuriae, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum. Incerta haec si postules ratione certà facere, nihilo plus agas, quàm si des operam, vt cum ratione insanias.*

*Terentius.*

*Quisquis amas, loca sola nocent, loca sola caueto,*
*Quò fugis? in populo tutior esse potes.*

*Ouidius.*

*Charitas numquam excidit. 1. Cor. 13.*

## *Glissement de l'Amour.*

*SI tu te blesse Amour, ne demande à personne*
*La cause de ta cheute, & pas vn n'en soupconne*
*Tonpeu de iugement causera ton malheur,*
*Car tu veux t'esjouir en courant sur la glace,*
*Qu'en peut on esperer qu'vne triste disgrace?*
*Le chemin d'Amour sainct est solide & plus seur.*

*No sigueys a este Amor,*
*Porque si caye, as de saper*
*Que tanbien viendras a cayer.*

Den wegh der Liefde, g'ladde baen,
Is aen de minnaers quaedt om gaen,
Sonder schuyfuen, sonder val.
Dochters hebben corte hielen:
Jonckmans wacht u, van u zielen
Te verliesen, by gheval.

## *Ambitio Amoris.*

*VEnare nihil, quisquis venaris honores*
*Non fies praedâ ditior ipse tuâ.*
*Finis honos, sunt finis opes, sunt finis Amores,*
*Et post tot fines, vltima meta nihil.*

*Non ferè quisquam est, qui caret amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. D. August.*

*Mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. D. Hieron.*

*Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excaecatrix cordis, ex remediis morbos creans, ex medicina languores generans. D. Bernard.*

*Donec eram sospes, tituli tangebar amore,*
*Quaerendique mihi nominis ardor erat.*

*Ouidius.*

## *Ambition de l'Amour.*

*L'Amour fol à tastons recherche les fortunes,*
*Ses desirs ont en fin des mouches importunes,*
*Que peut on esperer de toutes les grandeurs*
*Dont le monde entretient ceux qui le veulent suiure?*
*Qu'vn bruit incommodant; mais l'amour saint fait viure*
*Ses subiets en lapaix, sans perdre les honneurs.*

*Hinchen las manos con moscas*
*Los estados y honores*
*A sus locos Amadores.*

Wat is eere, wat zijn staten,
Wat is al dat wy het laten;
Dat eer was, waer ist nu al;
D'was is niet, is maer de schaeye
Vanden niet, hoe dat ick draeye,
Koock, al datter volghen sal.

### ***Indifferentia Amoris.***

*NObilium gazas Amor, atque insignia calcat,*
*Nescit enim priscis cedere imaginibus.*
*Nobilitas sub Amore iacet; nam rustica regi,*
*Regia rurali, saepè puella placet.*

*Sis licet ingenuis, clarisque parentibus ortus;*
*Esse tamen vel sic bestìa magna potes.*
*Adde decus patriae, & claros tibi sume propinquos,*
*Esse tamen vel sic bestia magna potes.*
*Sint tibi diuitiae, sit larga & munda supellex,*
*Esse tamen vel sic bestia magna potes.*
*Denique quid eris, nisi mens acuatur Amore,*
*Magna quidem dico, bestia semper eris.*

*Amor est nobilissima passio hominis, transfert amantem in rem amatam. Si terram amas, terrenus es: si caelum amas, caelestis es.*

## *Indifference de l'Amour.*

*LEs Roys aillent vantants leurs grandeurs & naissances*
*Si faut il qu' à l'Amour ils cedent leurs puissances,*
*Ses armes sont la palme, & veut chacun d'eux*
*Luy rende tout hommage; en effect ils n'ont l'estre*
*Que par son grand credit, il s'en dit ainsi maistre,*
*Ie parle du diuin, car l'autre n'est qu'vn geux.*

*A las armas, nobleça, ni las*
*Haçannas de sus passados,*
*No miran los enarmorados.*

Ten baet wapens noch quartieren,
Liefde moet het al bestieren
Naer den lust, en haets ghewelt.
Liefde heeft als in haer handen
t'Eeuwigh goet en t'eeuwigh brande*n*,
Al naer Liefde wordt ghestelt.

## *Remora Amoris.*

*VT echeneis, licet exiguus piscis, nauem velis citatam remoratur, ita animum ad honesta properantem, puella quaepiam non-nunquam reuocat ac retardat affixa. Erasm. Roterd.*

*Solent nonnulli in prosperis Deum diligere, in aduersis autem flagellantem minùs amare.*

*D. Gregorius.*

*Haerere amantes post vagos ignes solent.*

*Senec.*

*Minimum est quod amantibus obstat.*

*Ouidius.*

## ***Retenue de l'Amour.***

*FAut il, ô bel esprit, que pour si peu de chose,*
*Que ceste vaine fille en passant te propose,*
*Tu quittes le chemin de la perfection?*
*Scache que ses thresors & les beautez mondaines,*
*Passent comme ces eaux, ne laissant que des peines,*
*Porte donc vers le ciel ton noble affection.*

*Nunca dexaijs, ô Alma*
*Por cosa semejante.*
*Passar mas adelante.*

Sullen u dees ijdel dinghen
Comen inden geest bedwinghen;
Neen, het waer te groot en mis.
Vwe crachten wilt verheffen,
En dat hemels is, betreffen,
Niet dat opder aerden is.

## ***Agilitas Amoris.***

*----amores nimii*
*Cùm accesserint, non bonam famam*
*Neque virtutem attulerunt,*
*Hominibus; si temperata accesserit*
*Venus, nol alia Dea*
*Adeo gratiosa.*

*Euripides in Medea.*
*Nemo adeo est stupidae naturâ mentis asellus,*
*Cui cor & ingenium haud indere possit Amor.*
*Pegaseas pecori Arcadico ille accommodat alas,*
*Mophum hebetem in blandum format & arte procum.*

## *Agilité de l'Amour.*

*TOut effect doit auoir sa cause & son principe,*
*D'où tout le resultat de l'oeuure participe;*
*D'ordinaire l'Amour sert de guide à nos pas,*
*Prens garde mon amys, que ta chaste poictrine,*
*N'ait autre mouuement que la flamme diuine.*
*Car Cupidon conduit son disciple au trespas.*

*Iuege el Amor, y saltar*
*Al son de su dança*
*Ninguno jamas se causa.*

Hoe en sou ick niet besteden
Sinnen, gheeft, en al mijn leden
Naer dat Liefde my ghebiedt.
Sy can my alleen vermaecken,
Buyten haer zijn alle saecken
Die hier schijnen min dan niet.

## *Instabilitas Amoris.*

*AMor est veluti quidam fritilli ludus, quem vulgò vocant, Verkeeren, in quo spes vincendi nunquam excidit, quàm malè tibi fortuna velit; nec metus perdenti, quàm bene fortuna tibi arridet.*

----*inter spémque metúmque*
*Fluctuat omnis Amans.*
*Iudex vnius duplex est alea lusus,*
*Quae confert vni, quod negat alterutri:*
*Hinc duo si ludant pariter; spes recreat ambos,*
*Vincendíque duos vna cupido fouet.*
*Fallitis, at lusor tu qui colludis Amori,*
*Dum te, qui perdes, vincere posse putas.*
*Hic etenim totus mera est illusio lusus,*
*Illudítque tibi, dum sibi ludit Amor.*
*Omnia vertuntur, certè vertuntur amores,*
*Vinceris aut vincis, haec in amore rota est.*

*Ouidius.*

## *Instabilité de l'Amour.*

*LE verkeer de l'Amour porte gain & dommage*
*S'il donne du plaisir, bientost cet auantage*
*Changera son bonheur en repentir cuisant.*
*C'est vn ieu malheureux, puis qu'en fin il abuse,*
*Et trompe d'autant plus qu'apres luy on s'amuse.*
*Mais iouer auec Dieu, est vtil & plaisant.*

*Agora ayuda el Amor*
*Agora haze des venturados,*
*Como el Iuego de los dados.*

Liefkens wacht u van verkeren,
Wilde vry zijn van verzeeren
Met t'verghiftich vlughel-wicht,
Dat met Jock, en aerdigh lieghen
Ydder een weet te bedrieghen,
En betoouert door t'gesicht.

## *Primera Amoris.*

*O Anima, quàm auidis manibus teris hasce chartulas; inspicis hanc & reijcis; miraris illam & retines; tota lucro inhias. Ne te lateat victoris conditio, Primeram ludis, vt vulgo vocant Hispani. Nosti? docebo te si nescis, & nunquam perdere docebo te. Vinces ergo, promitto lucrum, si cor vnicum in candida papyro retinueris, faeminásque figuratas dimiseris ocyùs. Occurrent saepe, arridebit decor, figura alliciet, sed praetereat; fimbriâ vestimenti agnitâ, dìc, transeat; faemina nil conducit ad lucrum, exclusa est lusu. Fallax est, cor tibi nempe subripiens, & lusus adepta scopum qui cor est, de te triumphum aget. Superba nimis est faemina, vt Euae filia, sua quippe vult esse omnia, & se summam. Perdit is qui faeminae colludit. Collusit Dauid Bethsabeae & perdidit. Collusit & Salomon alienigenis & perdidit. Samsónque perdidit qui collusit Dalilae, felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

## *Le ieu de Prime de l'Amour.*

*CEt Amour est diuin pareil au ieu de Prime*
*Où la carte depeinte est sans aucune estime,*
*Les Dames on rebute, & l'on gaigne auec peu,*
*L'ame sainte ne veut les qualitez mondaines,*
*Qui passent außi tost que des figures vaines,*
*Et contente de rien, emporte ainsi le ieu.*

*Primera, y de Dios el Amor*
*Quieren, que digamos*
*(Passa) a todas las Damas.*

Liefdes Jock, en liefdes spelen
Dat ons steelt, en weer doet quelen,
Leert ons, voor een goet besluyt,
(Pas) aen t'willigh vleesch te gheuen,
Godes wetten te beleuen,
In zijn woordt te spelen uyt.

## ***Scintilla Amoris.***

*SCripta caue relegas, blandae seruata puellae,*
*Constantes animos scripta relecta mouent.*
*Omnia pone feros, quamuis inuitus, in ignes,*
*Et dic ardoris sit rogus iste mei.*

*Ouidius.*

*Epistola domos penetrat, interiora rimatur, virginem vndique praeclusam, muris circumseptam accedit, blandè inuadit, nihil tale timenti se offert, animam quietam perturbat, sanctis intentam cogitationibus mutat, amatorijs allicit verbis, suadet, persuadet, vt cuius concupiscentiae non potest, saltem desiderijs satisfaciat. Hinc incipit pudoris ruina, vota votis correspondent, dum periculi ignara, ingratitudinis notâ nolit inuri. Gratias agit, gratam se esse rescribit, mittit, recipit, frequentat litterulas, paulatim serpit amor secretis arbitris, liberis his vtitur nuntiis, eunt, redeunt, priuatim colloquuntur, donec diuinum expellant, lasciuum gradatim introducant affectum.*

*Opusc. S. Francisci.*

*Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicatas, & oblatos ac degustato cibos, blandásque ac dulces litteras sanctus Amor non habet.*

*Ambros.*

## *Allumette de l'Amour.*

*BRuslez tous ces poulets, il ne faut que tu mettes*
*Au brasier de ton coeur, aucunes allumettes,*
*La flamme te consomme, & cependant tu veux*
*Que cette occasion t'eschauffe d'auantage,*
*Si ton malheur te plaist, certes tu n'est pas sage*
*Le suiet ne vaut pas la peine de ces feux.*

*Leer las cartas, haze*
*Por los ojos el Amor entrar,*
*Mas vale todas las quemar.*

Van aensien, en van herlesen
Wacht hem, die wil zijn genesen,
Vry van qualen, vry van smert;
Door den brief compt inghestreken
Lust tot alle vleeschs gebreken
In des minnaers vonckigh hert.

## *Pondus Amoris.*

*AMor meus, pondus meum, eò feror quocunque feror. D. August.*

*Sapientia est Deus, & vult amari non solum dulciter, sed & sapienter, alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudit; erroris enim scientiam negliges; non enim habet callidus hostis medicamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm si efficere possit, vt in ea incautè & non cum ratione ambuletur. D. Bernard.*

*Ad Deum, qui vbique praesens est, vbique totus est, non pedibus licet ire, sed moribus. Mores autem nostri non ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod diligit, dijudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali sint amores.*

*D. August.*

*Amorcs corporum momenta sunt ponderum. Idem.*

## ***Poids d'Amour.***

*QVe peut on esperer d'vn Amour sans prudence,*
*Ainsi que de celuy qui sur la corde danse;*
*Sans plomb il est perdu, comme l'amant sans yeux,*
*Partant l'amour mondain seruira de risée*
*A ceux qui cognoistront sa mauuaise visée.*
*L'ame sainte auec poids s'en ira dans les cieux.*

*Ninguno se espante d'este Amor*
*Quien vee que anda con seso;*
*Es que anda segun el peso.*

Dansen op de coorde, is seker groote kunst;
Minnen sonder vallen, wie heeft dat oyent ghesien;
Rallen ende mallen is der liefde*n* gunst.
Maer desen Cupido, is weerdt om te besien:
Rede*n* en ghewicht heeft hy wel va*n*doen
Die sijnen voet gaet stellen in Cupidos schoen.

*FINIS.*

# *Amoris Diuini & Humani Antipathia Liber I.*

## *Praeludium. An sit Amor?*

*QVID quaeris? an sit amor? sapienter quaeris, sed & insipienter. sapienter quaeris; quia ordine doctrinae: insipienter, quia in te est. quod domi poßidetur*[+] *frustra foris quaeritur. Si ais, in me amor non est; iniustus es: vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Si non amas, odisti: odio vel amore ducimur: quaeris*[+] *adhuc an sit amor? si non amas, sine voluntate es: omnium*[+] *enim actuum voluntatis initium & radix est amor. Si non amas, insanis: non amare, dementia est. Si non amas,*[+] *non homo es: inhumanum est non amare. Perseueras*[+] *quaerere an sit amor? si non amas, mortuus es: sine amore tanquam mortui reputamur. Sed quid vltra disputo? cum mortuo ratiocinari, stultitia est. adducam mortuum, sed scriptis viuentem. mortuo loquatur mortuus: audiamus. Quod est in nauigio gubernator;*[+] *quod in ciuitate magistratus; quod in mundo sol; hoc inter mortales est amor. nauigium sine gubernatore, labascit; ciuitatas sine magistratu, periclitatur; mundus sine sole tenebricosus efficitur; & mortalium vita, sine amore, vitalis non est. Cedis hoc? reuiuisces. si reuiuiscit; noli amplius quaerere: habes quod querebas. vbi vita, ibi amor est: vbi amor,*[+] *ibi sunt omnia: ama ergo, & fac quod vis.*

[+] *Thaul.*
[+] *August.*
[+] *D. Thom.*
[+] *Macrob.*
[+] *Idiot.*
[+] *P. Beroal.*
[+] *August.*

## *Natura Amoris.*
## *I.*

*ARs est artium, ars amoris; cuius magisterium ipsa sibi retinuit natura, & Deus auctor naturae: ipse enim Amor à creatore inditus (nisi naturalis ei us ingenuitas, adulterinis aliquibus affectibus praepedita fuerit) ipse inquam se docet, sed docibiles sui, docibiles Dei: sed postqua*m *lege*m *Dei amisit ab homine est doce*ndus*. no*n *est autem doce*ndus*[+] vt sit tanquam qui non sit; sed vt purgetur, & quomodo purgetur; vt proficiat, & quomodo proficiat; vt solidetur, & quomodo solidetur docendus est.*

*[+]Berna. & de dig. Amor.*

## *Etymologia Amoris.*

*Amorem, Hebraei Oheb dicunt; à verbo Ahab, amauit, dilexit: quod cognationem habet cum Abah, voluit, & Iahab, appetiuit: quod enim amamus, volumus & appetimus.*

## *Definitio Amoris.*

*Amor est animae rationalis affectus, per quem[+] ipsa aliquid cum desiderio quaerit & appetit ad fruendum; per quem & fruitur eo, & cum quâdam fuauitate interiori amplectitur & conseruat[+] adeptum.*

*[+]Aug. lib. de anim.*

*Amor latens est ignis; gratum vulnus; dulcis amaritudo; delectabilis morbus; sapidum venenum; iucundum supplicium; blanda mors.*

*[+]Francis. Petrar. de grat. Amar.*

## *Diuisio Amoris.*

*[+]Amor diuiditur in Amorem Dei, seu diuinum; & Amorem saeculi seu humanum.*

*In Amorem amicitiae, & Amorem concupiscentiae.*

*[+]Aug. sup. Psal. D. Thom.*

## *Nature de l'Amour.*
## I.

*Puis que l'Amour est Dieu & cause de soy mesme,*
*Lecteur, tu ne le peux diffinir, si tu n'ayme,*
*Et resens ce qu' Amour opere dans les coeurs,*
*En voicy neantmoins toute la conoissance,*
*Qu'enseignent les effects de son abstruse essance*
*En ces tableaux diuers formez de ses langeurs.*

*No tiene retrato Amor.*
*Porque le muda el conceto.*
*Qualquier singular efeto.*

De liefd' en heeft gheen seker beelt,
Een yder maeckt het soo hy queelt.

## *Θεοφιλία. II.*

*+AMor Dei, est rectissima animi affectio, quâ diligitur Deus propter se, & proximus + propter Deum. O Amor praeceps! Amor flagrans, Amor vehemens, Amor te intra te cohibere non valens: qui praeter te aliud cogitare non finis: fastidis caetera, contemnis omnia praeter te. dulciter capis, strenue stringis, sapienter erudis, gloriosè illaqueas, oneras delectabiliter, foeliciter vris, in dicto expectaris, nec consilio temperaris, nec pudore refrenaris, neque rationi subijceris. affectus es desiderabilis, experientia dulcis, iucunditate plenus, fruitione aeternus: satians & reficiens, numquam fastidium generans; vbi es, labor non est, sed sapor. teipso contentus es; donas libertatem, pellis timorem, laborem non sentis, meritum non respicis, praemium non requiris: dissimulas & exspectas, sustines delinquentem, eumq́ue benignè trahis, adducis, &+ conuerti facis ab errore viae eius. felix Amor, ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum charitas, virtutum faecunditas,+ meritorum dignitas, praemiorum sublimitas. Amor tuus Domine fons vitae est, nec viuere anima potest quae non hauserit ex illo, neque haurire potest nisi praesens fuerit ipsi fonti, scilicet tibi,* IESV CHRISTE, *qui es fons totius amoris.*

*+August.*
*+ Idiot.*
*+Bernard.*
*+Idiot.*

## *L'Amour diuin.*
## *II.*

*Dites-moy ce que c'est? qu'est-ce que l'on appelle?*
*Vn feu perpetuel, vne ardeur eternelle,*
*Vn voluntaire vol, vn l'arcin sans retour,*
*Vn aigle en ses regards, vn arc à blesser ames,*
*Vn ancre à les tenir, vn soleil plein de flames?*
*Le voulez vous sçauoir? c'est le diuin Amour.*

*Es sin duda que este amor,*
*Pues que se alexa del fuelo,*
*Deue ser amor del Cielo.*

Des Hemels vier, Godts liefde zoet,
Ick ben't, die weldich leuen doet.

## *Cupido.*
## *III.*

*Volucrem esse Amorem fingit immitem Deum*
*Mortalis error, armat & telis manus,*
[+]*Arcusque sacros instruit saeuâ face,*
*Genitumq́ʒ credit venere, vulcano satum.* [+]*Senec.*

*HVic Amori poenitentia & tristitia sunt semper comites. Anteambulones autem, sunt cura, anxietas, sollicitudo, metus, suspicio, ira, odium,* [+] *appetitus impatiens, insomnes noctes, horrenda somnia, maeror, lachrimae, subito gestiens laetitia, subita animi consternatio, omnium extremorum cogitatio.* [+]*Ioan. Fab.*

*Amor hic insatiabilis est, quia extinctus reaccendetur, & post copiam rursus inops sit, animum virilem effaeminat, & praeter passionem quam sustinet* [+] *nihil sinit aliud cogitare. rationis obliuio est, & insaniae proximus, foedum minmè conueniens animae sospiti vitium; turbat consilia, altos ac generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus* [+] *ad humillimas detrahit; laqueus est animae, foedat pueritiam, perdit iuuentutem, incitat ac inquietat emortuam carnem & senectutem. Ineffugabilis est poena, noxium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum,* [+] *periculum, natura mali boni colore depicta, indesinens pugna, quotidianum damnum, pondus grauissimum.* [+]*Idiot.* [+]*Senec.* [+]*Idiot.*

## *L'Amour humain.*
## *III.*

*Icy veois tu mondain, cet Amour titulaire,*
*Qui dementant son nom, at l'effect tout contraire*
*A ce, que (sans mentir) nous appellons aimer.*
*Aimer est animer, Amour est l'ame mesme,*
*La vie, la douceur, le bonheur de qui l'aime,*
*La ou ce faux Amour n'at pour aimer qu'Amer.*

*Miralde solo à la casta*
*Y conocereis le luego*
*De quien le viene el ser ciego.*

Siet Vaer en Moeder vande Minn',
Die soo doet dwaelen onsen sin.

## *Hierusalem Amoris.*
## *IV.*

*+DVas ciuitates, duo faciunt Amores; Hierusalem facit Amor Dei, Babylonem facit Amor saeculi. Interroget igitur se vnusquisque quid amet & inueniet vbi sit ciuis.* +*August.*
*O Anima quae amare desideras, in Amoris biuio constituta, attende bene quam viam velis ingredi; exitum vtriusque perpende, non initium. ne te angusta porta, laboriosum iter, spinosi gradus deterreant; hâc itur ad Hierusalem, ad aeternum gaudium, ad sempiternas delicias: ne te inuitet blanda Venus, hilaris Bacchus, spatiosus introitus, florida via, illâc itur ad Babylonem, ad supplicium aeternum, ad aerumnas + perpetuas. Contende igitur intrare per angustam portam, sectare charitatem, aemulare spiritualia, dic cum Dauide, Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor Domino, haec porta Domini, iusti intrabunt in eam.* +*Luc. 13. I ad Cor. Ps. 117.*

## *Hierusalem Amoris.*
## *IV.*

*Ie sçay qu'il est estroit, le chemin que ie montre,*
*Mais ie peux asseurer, celuy qui le rencontre,*
*Qu'il en sera mené, à vn heureux sejour.*
*Ne te degoustes pas, de ce sentier d'espines,*
*Qui se changeans bien tost, en fleur de Lys diuines,*
*Tu les pourra cuellir au paradis d'Amour.*

*E se, si que es buen camino*
*No te espanten sus espinas:*
*Pues crian rosas diuinas.*

Te leuen hier naer liefdes stem,
Is recht gaen naer Hierusalem.

***Babylon Amoris.***
***V.***

*+BAbylonem facit Amor saeculi; interroget igitur se vnusquisque quid amer, & inueniet an eius sit ciuis. O anima! hanc viam non intres; plena periculi, plena periculi, plena perditionis est. Amor te allicit, sed vt te necet. Venus te inuitat, sed vt te vitâ spoliet. Bacchus te vocat, sed vt te deuoret: vinum propinat, sed vt venenum bibas. Voluptates sunt blandissimae + dominae quae maiores partes animi à virtute detorquent. in hoc nos complectuntur vt strangulent; non aliter ergo quam latrunculi viatoribus insidiantes eosq́ue seducentes ac perimentes, + declinandae sunt. idque facilius fiet si quis acriter rei vilitatem, obscaenitatem, breuitatem, finem cogitet, ac longum dedecus; horaeq́ue fugacis forfitan aut momenti vnius illecebras, multorum poenitentiâ vel aeterno forrasse supplicio puniendas.*

*+August.*
*+Cicer. Senec.*
*+I. Petrar.*

*Quisquis amas mundum, tibi prospice. quâ sit eundum;*
*Hac via, quâ vadis, via pessima, plenaque cladis.*

+

*+August.*

## ***Babylon de l'Amour.***
## ***V.***

*Voila pauure mortel, la fin de tant de charmes,*
*Voila le rendé-vous de ces cruelles armes,*
*Voila le l'ouure, helas! de ce cruel Amour.*
*Garde t'en, si tu veux, pour moy ie m'en descharge,*
*Car si ie t'ay faict veoir, que son chemin est large,*
*Ie t'ay faict veoir aussy la fin de son sejour.*

*Aun qui es holgada la calle*
*Non te engan*ne*: pues sus flores*
*Te lleuaran donde llores.*

Hy gaet, die volght Cupidos raet,
Van Babylon de rechte straet.

## *Piscatio Amoris.*
## *VI.*

*+PEriculosum mare, mundus est, ac procellosum, in eo pleraque corda hominum, veluti pisces, voluptatibus, diuitijs, sceleribusque immersa natant, vnde ab hoc piscatore diuino in lucem grariae + foeliciter extrahuntur. Laxet igitur retia sua in capturam Amor diuinus: sed quaenam sunt, quae laxari iubentur, retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus, qui, eos quos coepit, non amittit? & bene haec amorosa instrumenta piscandi, quasi retia sunt, quae non captos perimunt sed reseruant; & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis ad superna perducunt.*

*Amor mundanus laxat etiam sua retiacula praedicationis, quibus corda hominum conatur + expiscari; non vt capta reseruet sed vt perimat.*

*+Barrad.*

*+Luc. 5 Ambros.*

*+Ambros.*

## *Pesche de l'Amour.*
## *VI.*

*Petits pescheurs que ie veois à l'enuie*
*Pescher touts deux, dites moy, ie vous prie,*
*Qu'el est l'appas pour prendre ces poissons?*
*Le seul amour en est l'vnique amorce,*
*Qui les inuite d'vne douce force,*
*A s'engager dedans nos hameçons.*

*Para pescar coracones*
*Quiere el pescador del Cielo*
*Que sirua el Amor de anzuelo.*

Wech eyghen liefde, sotten dwanck,
Godts liefde crijcht al beter vanck.

## *Competentia Amoris.*
## *VII.*

*SAgitta iacitur Amoris mundani, vt necem cordi inferat, sed frustra: caecus sagittat in aëra,*

[+]*Sagitta iacitur Amoris diuini & transfigit cor, quod cum transfixum est, vita excitatur, non interitus comparatur. nouit Dominus sagittare ad Amorèm; imo sagittat cor amantis vt adiuuet amantem; sagittat vt faciat amantem.* [+]*August.*

[+]*Sagittarius eiaculatus hoc telum, est ipsa dilectio, qui telum electum ad eos mittit, qui seruantur, spiritu vitae, triplicem cuspidis aciem inungens, vt eum in quem immissa fuerit vnà cum telo & ipso sagittario, in vnum colligat.* [+]*Nyssen.*

## *Competence de l'Amour.*
## *VII.*

*Ces deux archers n'ont pas vn mesme zele,*
*Comme ilz ont bien vn arc, vn traict, vn aisle,*
*Car leur effect est du tout differant:*
*Les traicts de l'vn sont animez de vie;*
*Les traicts de l'autre enuenimez d'enuie;*
*L'vn est aueugle, & l'autre clair voyant.*

*No es officio para ciegos,*
*Dejad al Amor diuino,*
*Que haue tirar con tino.*

De liefde Godts doortreffet hert,
Eer d'eyghen yet ghewaere wert.

## *Cribratio Amoris.*
## *VIII.*

*O Anima! cuius Amoris gratiâ militaris? hic [+] quid nisi fragile, nisi plenum periculis, & per quot pericula peruenitur ad maius periculum? pereant haec omnia & dimittamus haec vana & inania; conferamus nos ad solam inquisitionem eorum quae finem non habent. & eorum quae Amor diuinus vanno sibi reseruat. illa sunt vtilia, illa sunt sancta, illa sunt quibus aeternam gloriam tibi comparabis. repurgat vterqúe Amor, vannat de diuinus & dimittit temporalia & terrena, quae te ad aeternam ducerent perditionem. cribrat Sancta humanus, & reseruat inania quae sub apparentiâ boni, speciem aliquam vtilitatis & voluptatis preseferunt. Sed tu, ô Amator mundi, cribra illa prudenti cribro iudicij tui. Quin age, & serio rem tangamus: quid si tota haec [+] mundi machina, plenâ manu, quidquid in sese deliciarum complectitur in te parata sit effundere, qualia tandem aut quanta tibi conferre possit, enumeremus. Honores dabit, inquies; fumi sunt. diuitias; vmbrae: nomen ae famam; aura & strepitus. voluptatem dabit denique; fallax prurigo est, primò blandiens postea dolens. & quidem ista omnia deteriores non rarò nos reddiderunt, meliores ferè numquam.*

[+] *August.*

[+] *Cat.*

## *Cribrement de l'Amour.*
## *VIII.*

*Comme ces deux Amours ont des fins si contraires,*
*Chascun d'eux se choisit des moyens necessaires*
*Et tasche finements de s'asseurer sa fin:*
*Leur fin & leur moyens ont ceste differe*nce,
*Que chascun d'eux finit par ou l'autre commence;*
*Vois doncq qui te plaist plus, l'humain ou le diuin*

*Cada qual dellos se queda*
*Con differente moneda.*

Den eenen sift, den anderen want,
En elck hout dat hem best ghehant.

## *Negotiatio Amoris.*
## *IX.*

*+MErcatum hanc vitam existima o homo! si negotiatus benè fueris, quaestum facies. venditor est Amor diuinus, venditor & est humanus; Sed tu esto prudens negotiator, explora, & expende + margaritas vtriusque Amoris. pro vnâ ex ijs quas diuinus proponit, facilè repudiabis omnes quas humanus vendit. qui caelestis vitae dulcedinem perfectè cognouerit, quae in terrenis amauerat, libenter cuncta derelinquit. in comparatione eius vilescunt omnia; deforme conspicitur quidquid de terrenae rei placebat specie; quia sola praetiosae margaritae claritas fulget in mente, ne te ergo alliciat Cupido mercibus suis, vanae sunt, invtiles sunt, transitoriae sunt, nociuae sunt.*

*+Gregor. Nazian.*

*+D. Greg.*

*Negotiator callidus est, qui ex ijs quae diu possidere + non potest, tale aliquid emit quod numquam amittere timeat, & in quo vinuersa possidet.*

*+Euseb.*

## *Traficq de l'Amour.*
## *IX.*

*L'Amour diuin estale ses denrées*
*L'humain aussy les siennes descriées;*
*L'vn vend le mal, l'autre donne le bien.*
*Trousse pannier marchand de beatilles,*
*Tu peus allieurs debiter tes coquilles,*
*Car pour icy tu ne vendras plus rien.*

*Quita alla mercader caro,*
*Que despues que Amor lo es;*
*Se trata sin interes.*

Te wijl Godt naer den handel ziet,
Cupidos meers en ghelter niet.

## *Merx Amoris.*
## *X.*

*+QVare tam cito seduceris, ô anima ab extraneo? iam iam amabas auroram gratiae, nunc vero concupiscis fumum perditionis: amabas coronam gloriae, nunc compedes ignominiae: amabas stabilia & aeterna, nunc fluxa & transitoria: amabas veritatem, nunc mendacium: amabas vitam, nunc concupiscis mortem. reuertere, reuertere ad mercatorem primum. execrabile tibi erit cucurisse post Deo alienos, & Amorem saeculi, & deseruisse Dominum Deum tuum. Ille gratis omnia donat cum magno animi gaudio & emolumento: hic carissimé omnia vendit cum magna animi afflictione & detrimento. ille praetiosissimas margaritas; hic nisi fumos & vapores. audi Poëtam* *+Prouer. 5.*

*Mira puer Veneris vasto promittit hiatu;*
*At si perspicias singula, fumus erit.*
*Fumus Amor, sunt fumus opes, sunt fumus honeres;*
*+Et speciem fumi, quidquid amamus, habet.*
*Fumus amans, est fumus Amor, mens fumus amica est.* *+Cat.*
*Nostraq*ue *sic fumo pectora nutrit Amor.*

## ***Denrees de l'Amour.***
## ***X.***

*Follastre Amour que vaillent tes denrees?*
*Combien tes feux? à quel pris tes fumees?*
*Combien fuis tu payer vn peu de vent?*
*Pour vn plaisir mille & mille douleurs:*
*Pour vn instant vn siecle de malheurs:*
*Et tous les maux pour le bie*n *d'vn moment.*

*Assi sueles mecio Amor,*
*Como es humo quanto tragas*
*Librar en humo tus pagas.*

Der sotter liefden meesten vrient,
Die wort met wint en roock gedient.

## *Censura Amoris.*
## *XI.*

*+Vnicuique delectabile est quod amat. nam,* *+Aristot.*

*Dulcis Amor, furor est. stupet ebria simia prolem,*
*+Nilque suis catulis pulchrius esse putat.* *+Cat.*
*Nescit amans vitium (nimis id licet exstet) amicae,*
*Quasque alius dot es non videt, ipse notat.*
*Fucus Amor vehemens, omnique potentior herba est,*
*Hoc duce, facundae garrula nomen habet.*
*Quisquis amat, mentes agitante Cupidinis astro,*
*Omne bono vitium proximiore tegit.*

*+AMator albos Deorum filios appellat, nigris virilium nomen tribuens. Amor enim, haederae instar, valet, se quâuis arreptâ ansâ, applicare.* *+Plutar.*

*Turpia decipiunt caecum vitia, aut enim ipsa*
*+Delectant, veluti Balbinum Polypus Agna.*
*+Asinus asino, & sus sui pulcher est.* *+Horat.* *+Persius.*

## *Censure de l'Amour.*
## *XI.*

*Amour pipeur, que ne scais tu pas faire?*
*Amour sorcier, que ne ferois tu plaire?*
*A l'oeil charmé d'vn esprit amoureux?*
*L'enfant plus laid semble bel à son pere,*
*Et le guesnon plaist aux yeux de sa mere.*
*En fin, Amour, tu fais ce que tu veux.*

*Por los antojos de Amor*
*No parece cosa fea*
*Aun que en effeto lo sea.*

De liefde noyt yet leelijcks draeght,
Sy maect al schoo*n* dat haer behaeght.

## ***Crudelitas Amoris.***
## ***XII.***

*+O Anima! noli credere celerrimè antequam verè finem videas. Multos amantes crudelitas + sua circumuenit; libenter enim credunt quod optant.* *+Phocyl.* *+F. Petrar.*

*Vix dederat terris ignem, sua furta, Prometheus;*
*+Pan furit, & flammis oscula ferre parat:*
*Quantus, ait, nitor hic! (nondum cognouerat ignem)* *+Cat.*
*Et ruit, & laesas vix trahit inde manus.*
*Dum, quid ames, videas; properates differ amores;*
*Heu scelerata Venus, cum celerata venit!*

*AMor saeculi ducet te ad aulam, noli illi credere; subitò forsan, & breuissimo tempore ad summas te promouebit dignitates, sed vt citius & altiùs te detrudat in profundissimas calamitates & miserias. superbiâ inflabit te, sed vt tamquam pila pronior voluaris ad quaeuis flagitia. Auri, gemmarum, munerumq́ue cupiditate inflammabit te, sed vt aureo laqueo strangulata, in aeternas flammas praecipiteris atrocissimè crucianda. ad computatorium vocabit te; vtinam? calculorum, ad computantis arbitrium instabilitas, tibi symbolum sit mutabilitatis honorum & dignitatum, ad nutum Principum & Regum.*

## *Crudelité de l'Amour.*
## *XII.*

*Le brillant de ce feu, at charmé ce satyre,*
*Comme faict la beauté, l'ame, & l'oeil, quelle attire,*
*Pour l'obliger tantost au mesme repentir.*
*Pan fit de son erreur condigne penitance,*
*Et l'ame la ferat, lors que sans cognoissance*
*Elle aymera l'attrait, quelle deuroit hayr.*

*Los que como el triste Pan*
*Sin conoçer se enamoran:*
*Con el su ignorancia lloran.*

Te minnen datmen niet en kent,
Heeft Pan, en menich man gheschent.

## *Computatorium Amoris.*
## *XIII.*

*+Aulicolas sapiens olim dicebat id esse,*
*Calculus in manibus quod solet esse, Solon:* *+Solon.*
*Qui nunc depositus designat millia multa;*
*Nunc aliter positus, pauca, nihilq*ue *notat.*

*+EXigua plane tempora homines quidem omnes valdè exaltant, rursusque humiliant, sed aulicos maxime amatores; reuera enim hi similes sunt abaculorum calculis,* *+Polyb.* *isti enim secundum computantis arbitrum modo aerei sunt, mo-do aurei; hi ad nutum Regis nunc beati sunt, nunc miseri.*

*Indicae testudines, meridiano tempore blandiente, gaudent toto dorso per tranquilla fluitare, donec oblitis sui, solis vapore siccetur eortex, vt + mergi nequeant, tamque inuite natent oportunae venantium praedae:* *+Plin.* *ita quidam spe magnarum rerum allecti, in Amoris aulam, Principumque palatia sese conijciunt, & adeo deliniuntur horum delitijs, donec imprudentes eo redigantur, vt non possint, etiamsi velint, sese in suum otium recipere.*

*+Exeat aulâ qui volet esse pius.*

*+Lucan.*

## *Comptoir de l'Amour.*
## *XIII.*

*Incertain est le sort, instable la fortune,*
*Si bien que la faueur changeant comme la lune,*
*Ne se peut iamais veoir en vn estat esgal.*
*Car ce qu'auiourdhuy l'vn ayme, & lautre estime,*
*Se voit le lendemain estre tenu pour crime,*
*Sans laisser qu'vn moment entre le bien & mal.*

*El amante y el priuado,*
*Como el tanto o contador;*
*Valen lo que quiere Amor.*

Van hooghe staten is den val,
Als eenen penninck uyt 't ghetal.

## *Superbia Amoris.*
## *XIV.*

*+Non benè conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & Amor.*

*+Ouid.*

*+Quapropter superbia eius humiliabitur.*

*SEd, ô Amator mundi, quid superbis? qui nisi terra es & cinis? cur quaeso? an non te mortalem, an non assidue fatiscentem, an non peccatorem, an non mille casibus expositum, an non morti obnoxium incertae, an non denique te miserum meministi; & non Homericum illud famosissimum audiuisti; nihil miserius homine terra nutrit? scire velim quid te horum potissimè ad superbiam + cohortatur, an fragilitas membrorum, an vitae breuitas, an caecitas animi inter spes vanissimas metusque perpetuos fluctuantis, an praeteritorum obliuio, an ignorantia futurorum ac praesentium, an hostium insidiae, an mortes amicorum, an aduersitas perseuerans, an fugitiua prosperitas? haec non aliae tibi sunt ad superbiam quam scalae quibus ascendis ad ruinam. An ignoras quod Deus + gaudeat eminentissima quaeque deprimere? Ille neminem alium quam seipsum finit magnificentissime de se sentire.*

*+Osce. 7.*

*+F. Petrar.*

*+Herodot.*

*+Si sapis ergo fuge superbiam, initium enim omnis peccati est.*

*+Eccl.*

## ***Superbe de l'Amour. XIV.***

*L'Amour diuin est humble & debonnaire,*
*L'Amour mondain superbe, & temeraire;*
*Mais le diuin est bien le plus puissant;*
*Car le mondain voulant hausser la creste,*
*Ces deux amans luy font baisser l'aigrette,*
*Et de leurs traits le vont humiliant.*

*Como Amor con desiguales*
*Viue tan de mala gana;*
*Altos y bajos allana.*

Dat Hoocheyt te bederuen spoeyt,
Heeft rechte liefd, haest uytgheroeyt.

## *Cupiditas Amoris.*
## *XV.*

*+SVperbia & Cupiditas in tantum vnum malum sunt, vt nec superbia sine cupiditate, nec cupiditas sine superbia inuenire possit.* *+August.*

*+Cupiditas est effraenatus, immoderatusque appetitus non rarò amatorum mundi corda afficiens, sicut enim qui per insaniam mente translati sunt, non res ipsas, sed passionis suae phantasias vident, ita etiam horum mens semel vinculis cupiditatis adstricta semper aurum, semper argentum credit videre, semper reditus computat. aurum gratius quam solem intuetur: ipsa eius oratio & supplicatio ad Dominum, aurum quaerit.* *+Ambros.*

*+Vides canem, missa frusta panis, aperto ore captantem; quidquid accipit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. idem euenit Amatoribus mundi; quidquid exspectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate dimittunt, statim ad rapinam alterius erecti & attoniti in Epicureum illud chaos incidunt, inane sine termino est.* *+Senec.*

*Et vorat, & protinus ruit in noua frustra molossus,*
*+Quodque petas cupidus semper Amator habet.*
*Heu! numquam praesens homini fert hora quietem,* *+Cat.*
*Nec fatis id, quod adest, pectora nostra iuuat.*
*Cum desiderio semper gemit agra futuri,*
*Atque aliud nobis, mens, aliudque petit.*

*+Ars magna est satiari. O Anima!* *+Gregor.*

## *Conuoitise de l'Amour.*
## *XV.*

*Qui veut nourir l'Amour à poids & à mesure,*
*Ne cognoit son humeur, & change la nature*
*D'vn feu perpetuel, d'vn appetit sans fin.*
*Amour, n'est pas Amour, s'il n'est insatiable,*
*L'assez est criminel, en Pardeur veritable*
*Tant de l'Amour humain, que de l'Amour diuin.*

*Ambos Amores lo dizen,*
*Que el que llega à estar harto.*
*No puede valer vn quarto.*

Het spel, den hondt, liefd', en het vier,
En houden maete noch manier.

## *Aucupium Amoris.*
## *XVI.*

*[+]O Anima! in media laqueorum ambulas: laqueus superbia; laqueus cupiditas; laqueus auaritia; laqueus diuitiae; laqueus luxuria; laqueus voluptates; laqueus honores: qua de causa tot laquei? ne deorsum volites sed superiora quaeras: etenim volatilia donec in altum aëra secant, non facilè capiuntur: ita tu donec ad superiora respexeris, nec laqueo, nec vllis alijs facilè capieris insidijs. Venator est Amor mundi: fias igitur illius calamis sublimior, in altum ascendens, non amplius vllam rerum humanarum admiraberis: sed sicuti postquam in montium verticem ascenderimus, parua nobis & vrbs, & moenia esse videntur, & formicarum more nobis viri super terram ire cernuntur; sic postquam supra celsam Prophetae cogitationem ascenderis, nihil te terrenorum percellere poterit, sed parua videbuntur omnia, & diuitiae, & honores, & potentia & gloria. illud continuo ratiocinemur; sicut auiculae laqueo captae vtilitas nulla, sed frustra & in cassum alas concutit: ita tibi nulla rationum vtilitas, si ab improbâ penitus cupiditate capta sis sed quantumcumque resilieris, capta es. ideo alae sunt auiculis vt fugiant laqueos; propterea rationes hominibus vt peccata fugiant, quam igitur veniam habebimus? quam vero defensionem, cùm auiculis simus dementiores? auicula namq́ue semel capta, laqueo mox elapsa, eodem iterum difficile capietur; nam cuique sit experientia cautelae magistra; nos saepius eisdem capti, in eadem cadimus.*

*[+]Chrysost.*

## *Oiselerie de l'Amour.*
## *XVI.*

*Ame si tu n'estois, ladre, insensible, & lourde,*
*Dis moy, voyant cecy, ne serois tu pas sourde,*
*Aux appels de l'Amour, & à ses faux sifflets?*
*Ame ie t'aduertis, Ame ie te conseille,*
*De leur fermer les yeux, de leur boucher l'aureille,*
*Ou te te verras tost prinse dans ses fillets.*

*Mirad alma à lo que traën*
*Los reclamos deste Amor*
*Porque escarmentis mejor.*

De liefde met haer pijpen wint,
(Gelijck den quackel) die haer mint,

## *Laqueus Amoris.*
## *XVIII.*

*+INsidiae sunt in diuitiarum amplitudine; est enim illarum Amor, rete, vinculumq́ue tenacissimum. diuites quanto copiosius suis opibus ambiuntur, + tantò onerosius vinciuntur. experientiâ discimus nihil esse laboriosius in hoc mundo quam terrenis aestuare desiderijs, terrenarum diuitiarum amor insatiabilis est, & longe amplius desiderio te torquet quam refrigeret vsu suo. illarum quoque acquisitio, magni laboris est; possessio, magni timoris; amissio, magni doloris, qui illas amat Deum amare non potest, sed cum ipsis labentibus labitur in perditionem: & qui eis innititur per amorem, cum ipsis defluit in maerorem. qui enim eas inuenit, requiem perdit: & cum vigilat augmentum cogitat: cum dormit, fures somniat. in die est afflictus, & in nocte pauidus, semper autem mendicus. O Anima, vides per effectum quod laqueus est in auro, viscus in argento, & pedica in praedio. quia qui aurum perit, strangulatur; qui argentum, visco haeret; & qui praedia, alligatur. qui manè quaerit lucrum, vesperi reperit animae detrimentum. amat namque illa quae possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciant, quaeque arctius parta, quam concupita constringunt.*

*+1. Tim. 6. Chrysost.*
*+Idiot.*

*+ Disrupto igitur vinculo 1e laqueo profili, & non reponatur aurum tibi in domo, sed quod innumeris est praetiosius pecunijs, eleemosina & humanitas pro auro: nam hae fiduciam tibi apud Deum praebebunt. illud vero vehementer contra te diabolum spirare facit.*

*+Chrysost.*

## *Lacet de l'Amour.*
## *XVII.*

*L'or, & l'argent, & les biens de la terre,*
*Sont vn lacet, qui nous estrangle, & serre*
*Par le collet, quand nous n'y pensons pas.*
*Infame Amour, qui nous emporte, & traisne*
*Par ces attraicts à ceste fin vilaine,*
*Et d'vn noeud d'or, à l'eternel trespas.*

*La codicia rompe el saco*
*Y el Amor con lazo y soga*
*En los thesoros ahoga.*

Een gulden strick is't seker lodt,
Voor die va*n*'t gelt maeckt sijne*n* Godt.

## *Quaestus Amoris.*
## *XVIII.*

*O Curas hominum, o quantum est in rebus inane! Recordare o Anima, nobilitatis tuae. quid est quod cum tanto desiderio te impellit ad terrena conquirenda? quae est ista auiditas concupiscentiae tuae? semper ne rapies & numquam + satiaberis? nec Deum timebis, nec hominem reuereberis? nec patri parces, nec matrem agnosces? nec fratri obtemperabis, nec amico fidem seruabis? viduam opprimes? pupillum inuades? testimonium falsum proferes? quae est ista, o homo, mentis tuae insania? nescis quod cum diu parcè vixeris, opibusque familiae congerendis aeuum consumpseris, quot filios, totidem cadauer exspectantes vultures circum te habens, tandem exspectato sine supremum diem claudes, ac personato fletu nudus in terram abderis. sicut egressus es nudus de vtero matris tuae sic reuerteris, & nihil auferes + de labore tuo. quid ergo proderit tibi quod laboraueris in ventum omnibus diebus vitae tuae?* *+August.* *+Eccl. ca. 3.*

*+Stulte hac nocte anima tua repetitur à te, quae autem parasti, cuius erunt?*

*De Imperatore Seuero memoriae proditum est: eum, cum sensim mortem sibi imminere sensisset, linteum, in quo tumulandus erat, per castra conto leuatum circumferri, & per praeconem edici iuffisse; en ex amplissimis regni opibus, quod vnicum Seuerus Imperator secum auferet.* *+Luc. 12.*

## *Conqueste de l'Amour.*
## *XVIII.*

*La chasse des mortels est tant plus difficile,*
*Que ce qu'ilz ont chassé, leur estant inutile,*
*Frustre leur vain espoir, de sa poßeßion,*
*De quoy sert la trauail? que vaut la chasse mesme,*
*Si ce que l'on à prins comme ce que l'on ayme,*
*Change außy tost de main, par la succeßion.*

*Tan bien sucede en Amor*
*Que lo que vno caça, y toma:*
*Otro llegue y se lo coma.*

Soo sietmen dickwils dat hy vaert,
Die voor sijn vrienden goet vergaert.

## *Monitio Amoris.*
## *XIX.*

*+LOcutus sum in linguâ meâ; notum fac mihi Domine finem meum; Et numerum dierum meorum, quis est, vt sciam quid desit mihi;* *+Ps. 38.*

*Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tamquam nihilum ante te.*

*Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.*

*Veruntamen in imagine pertransit homo; sed & frustra conturbatur.*

*Thesaurizat; & ignorat cui congregabit ea.*

*Et nunc quae est exspectatio mea?*

*+O Mors! quam amara est memoria tua, homini habenti pacem in substantijs suis, viro quieto, & cuius viae directae sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. quam horribilis est cogitatio tua Amatori luxurioso! non parcis voluptatibus, + non sapientiae; non nobilitati, non atati. O homo, vis vt prosit tibi haec meditatio? cogita te iam mortuum, quem scis necessitate moriturum. memorare iudicij tremendi discrimen, ardentis gehennae cruciatus; & fac nunc quod velles fecisse tunc. sola haec cogitatio menti tuae seriò inculcata, sufficit ad cunctas inordinati Amoris illecebras extinguendas.* *+Eccl. 41.* *+Bernard.*

## *Aduis de l'Amour.*
## *XIX.*

*L'Amour at beau, suggerer des desseins,*
*Veu que la mort les faict reußir vains,*
*Et qu'on ne scaict qui des deux est plus fort:*
*Car si la mort n'at rien qui ne luy cede,*
*Rien contre Amour, ne peut trouuer remede.*
*L'vn & l'autre est ineuitable sort.*

*Es tan poderoso Amor*
*Que obliga à la misma muerte*
*A confessar que es mas fuerte.*

In weynich tijts staen afghepaelt
Ons dagen loop, en wat hier dwaelt.

## *Versutia Amoris.*
## *XX.*

*O Anima si ex praecedenti meditatione fructum acquisitum conseruare & augere desideras, munito oculos & aures, per illa enim ingrediuntur* [+] *omnia tela malitiae. Lucerna corporis tui est oculus tuus, si autem oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam* [+] *fuerit totum etiam corpus tenebrosum erit: cohibe igitur oculum, cum enim non attenderis circumuoluitur; & vide, nu lumen quod in te est, tenebrae sint.*

[+]*Nilus.*

[+]*Luc. 11.*

*Qui modo liber erat, victis leo seruit ocellis:*
*Quisquis es, à victo lumine, victus eris.*
*Credite, peccati sunt lumina nostra fenestra,*
[+]*Hâc & auarities. & leuis intrat Amor.*
*Pande fores, subit hostis, & omnia cede cruentat:*
*Pande oculos, satanas cordis in arce furit.*
*Curasit, ô, teneri tibi ne capiantur ocelli,*
*Ni seruum vitijs subdere pectus ames.*

[+]*Cat.*

## *Ruse de l'Amour.*
## *XX.*

*Qui diroit que l'Amour, permit à son courage?*
*Se battant corps à corps, prendre tant d'auantage,*
*Amour le plus vaillant, le plus puissant des Dieux?*
*Cest qu'aux duels d'Amour, vaut la super-cherie,*
*Soit fraude, soit valeur, Amour ne s'en soucie,*
*Il est vainqueur sil peut, auoir gaigné les yeux.*

*En ganando Amor los ojos*
*En señor del coraçon,*
*Aunque sea de vn leon.*

Die het ghesicht slechs winnen can,
Die wort haest meester vanden man.

## *Oportunitas Amoris.*
## *XXI.*

*+A Liquid operis facito vt te inueniat diabolus occupatum; non enim facile capitur à diabolo qui bono vacat exercitio.* *+Hieron.*

*Fronde super viridi, radijs tepefactus eois*
*+Otia dum serpens desidiosus agit;*
*Ex alto tenui se libras aranea filo,* *+Cat.*
*Et colubrum paruâ cuspide fundit humi.*
*Otia virus habent, & habet sors laeta venenum;*
*Delitijs, vitijs mentis aperta via est.*
*Cum vacat & molli colit otia pectus in vmbrâ,*
*Tum nostra occultè corda sagittat Amor.*

*+Diogenes dixit Amorem otiosorum esse negotium, quod hic affectus potissimum occupet otio deditos; ita sit vt dum otio vacant in rem negotiosissimam incidant.* *+Laert.*
+

*+Ouid.*

*Quaeritur, AEgistus, qua re sit factus adulter?*
*In promptu causa est; desidiosus erant.*

*+Otium nugarum mater est, nouerca virtutum; semper igitur aliquid honestae rei agamus, ne aut Deus cum nos inuisit, aut diabolus vbi nos tentat, oscitantes & vacuos nos inueniant.* *+Bernard.*

## *Saison de l'Amour.*
## *XXI.*

*Lors que l'esprit humain se rend à la paresse,*
*Cet Amour sensuel, bande, tire, & adresse,*
*Trouuant le sein ouuert, & le coeur desarmé.*
*Ainsy celuy qui vent garder sa citadelle,*
*Et laisse neantmoins dormir la sentinelle,*
*Serat de cet Amour bien tost prins & charmé.*

*Ie atreues alma à dormir:*
*Gana tienes de morir.*

Soo treft der liefden dertel wicht,
Een ledich herte met sijn schicht.

## *Incuria Amoris.*
## *XXII.*

*+QVid dormis, o Anima! surge & ora ne intres in tentationem, securitas tam in publicis, quam priuatis certissimum calamitatis initium est: solutè viuentes vndique patent, & opportunt iniuriae multas occasiones praebent infidiantibus: saepe etenim & contemptus hostis cruentum certamen edidit, & inclyti populi, Regesqúe perleui + momento victi sunt: quia nulli facilius opprimuntur quam qui nihil timent, & imparati sunt ad resistendum. Inimicum sane, quamuis humilem, docti est metuere; metus quippe prudentiam + docet; quique insidias timet haud facile in eas inpingit. timor securitatis dux, periculorum praesumptio: metuendo sapiens vitat malum. in ipsa igitur securitate animus ad difficilia sese praeparet vt contra iniuriam fortunae inter beneficia firmetur.*

*+Liuius.*

*+Baud.*

*+Cat.*

## *Non-soucy de l'Amour.*
## *XXII.*

*N'apprehender le mal, qui de si prez menaçe,*
*Estre en vn lieu fatal, & ne changer de plaçe,*
*Cest preueoir sans soucy vn eternel malheur.*
*Courir tant de dangers, ne craindre la tempeste,*
*Estre au faubourg d'enfer, dormir comme vne beste,*
*N'est ce pas faire voir, que l'on n'at pas de coeurs?*

*Recordad alma querida*
*Que en el lugar donde estais*
*No conuiene que os durmais.*

Hoe dus? o siel! hoe slaept ghy nu?
Dijn vyant schuylt hier onder u.

## *Torpor Amoris.*
## *XXIII.*

*Nil Amore callidius, nil aduersario nequius; quories aliquem in scelus aliquod pellicit, non statim formatum ac suis depictum coloribus id ipsum proponit, sed à paruis fere initijs, non tam malis, quam ad malum in sensibili quodam modo vergentibus, rem orditur, atque ita sensim vlterius progrediendo, id, quod intendit, patrat. nemo repentè fuit turpissimus. Dauidem in homicidium propellere dum vult, si rectà eo tendat, horrebit nomen sceleris, bonus Rex. oculum itaque primo suggerit vagantem curiosum, mox otium, mox incuriam, mox torporem, ex quibus ortâ libidine, suggerit & adulterium; denique istis praemissis, vt necessarium, infert homicidium. omne peccatum, superbum est, amat asseclam. fuge igitur torporem, o Anima, si vis vt non aufugiat à te spiritus sancti gratia. surge, propera amica mea, non enim dormientibus prouenit + regnum coelorum, nec otio & desidiâ torpentibus beatitudo aeternitatis repromittitur. qui + vult regnare cum Deo, debet laborare pro Deo. doceat te paganus, vbi socordiae atque ignauiae te + tradideris, ne quicquam Deos implores, irati enim infensique sunt.*

+*Leo.*
+*Beda.*
+*Sallust.*

## *Paresse de l'Amour.*
## *XXIII.*

*Pouquoy crois tu, qu'Amour porte des aisles,*
*Carquois, & traits, fleches, plumes isnelles,*
*Ne veois tu pas que cest qu'il est soudain?*
*Iamais l'Amour, n'aima lente poursuitte,*
*Sus, leue toy, auance, & va plus viste,*
*Car autrement cest le chercher en vain.*

*Al alme que pierde punto*
*En los lances del Amor,*
*Tarde le viene el dolor.*

De liefde en acht geen sulcken vrient,
Die haer soo traech en slaprich dient.

## *Febris Amoris.*
## *XXIV.*

*[+]O Domine varijs criminum febribus caro mea languet, & diuersarum cupiditatum immodicis aestuat illecebris, nec minorem febrem Amoris esse dixerim quam caloris, quia illa animum, haec corpus inflammat: febris enim mea concupiscentia est; febris mea, auaritia est; febris mea, libido est; febris mea, luxuria est; febris mea superbia est, febris mea, ambitio est; febris mea iracundia est. Heu mi Domine, nonne infirmitas haec mea ad mortem est? quis est qui me sanare [+] poterit? non est alius praeter te. libera me igitur Deus omnium, Deus qui solus me saluare potens es à corruptionibus peccatorum meorum, quae in carne & sanguine inhabitant; & seca venam affectuum meorum, vt omnes inordinati appetitus è corde meo efluant, & te solum optimum, maximum, in omnibus & super omnia diligam.*

*[+]Ambros.*

*[+]Titel.*

## *Fiebure de l'Amour.*
## *XXIV.*

*Ce feu est chaud, sa flamme trop cuisante,*
*Son accéz fort, sa fiebure violante,*
*Amour, Amour moderez en l'ardeur,*
*Tirez ce sang, qui boult dedans mes veines,*
*Car si ie sens continuer ces peines,*
*Cest faict de moy; Amour adieu, ie meur.*

*Todo Amor es calentura*
*Y el sangrar tan buen remedio*
*Que sin el no queda medio.*

Ontmaeckt my, lief, va*n*'tquaede bloet
Dat anders dan u minnen doet.

## ***Tyrannis Amoris. XXV.***

*HOmo, cum in luxuriâ est, non intelligit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. O extrema libidinis turpitudol quae non solum mentem effaeminat, corpus eneruat, maculat animam, foedat personam, sed & maximè bestialem vitam reddit; ex quo enim semel*[+] *mentem alicuius occupauit, vix eum bona cogitare permittir, & tamquam bestijs simillimum seruire*[+] *facit peccato. O Domine, Venus & Cupido deuiserunt sibi vestimenta virtutum, quibus ornaueras eum; fecerunt sibi viam per eum; sub pedibus*[+] *suis conculcauerunt eum: faecibus peccatorum illud desolatum & nudus & illaqueatus funibus peccatorum. fugant & trahunt eum ante se in circuitu de vitio in vitium, & de luto in lutum; & vadit absque fortitudine ante faciem subsequentium. seruus est, & seruitutem amat. caecus est & caecitatem desiderat; vinctus est, & vincula non horret: amarum dulce, & dulce amarum credit. eheu! viuens mortuus est, ita vt aegre resurgere possit. Sed*[+] *quid remedij, o anima? duobus modis ignis exstinguitur, scilicet dum subtrahuntur ligna, vel aspergitur aqua: sic luxuriae flamma, dum subtrahuntur*[+] *carnis incitamenta, vel dum mens irrigatur lachrymarum affluentiâ, suffocatur ne noceat.*

[+] *Bernard.*
[+] *Isai.*
[+] *August.*
[+] *Hieron.*
[+] *Hugo de S. Vict.*

## *Tyrannie de l'Amour.*
## *XXV.*

*Traisner vn ioug fatal, & ne s'en oser plaindre,*
*Preueoir son desespoir, & ne les vouloir craindre,*
*Se laisser gourmander d'vne vilaine main,*
*Changer la liberté en vn cruel seruage*
*Et la douceur d'Amour en eternelle rage,*
*Sont les effects sanglants de cet Amour vilain.*

*El Amor siendo carnal*
*Es amigo tan cruel*
*Que alaga con vn cordel.*

Soo troetelt Venus den trauwant,
Die sy in haeren waghen spant.

## *Subtilitas Amoris.*
## *XXVI.*

*NIhil efficacius aquâ ad exstinguendum ignem: verum est & bene dixit Hugo de Sancto Victore:* + *approbo lachrimas, laudo fletus: sed eheu! nihil prodesse mihi possunt; Amor meus est occultus quidam ignis, qui in pectus admissus & cor vrit, & velut venenum per venas currit, ipsisque inhaerens ossibus, medullas vorat. nescitur vbi me* + *calceus vrget. palam compositus pudor, intus summa adipiscendi libido.*

+*Ioan. Fab.*

+*Cat.*
*Tacit.*

*Fulgeat vt laetis vagina coloribus extra,*
+*Intus iô! ruptus fulgure mucro latet.*
*Saucia corda gero, vestigia nulla sagittae;*
*Et iecur illaeso corpore vulnus habet:*
*Vulnus habet? fallor, quod enim sine vulnere vunus?*
*Hei mihi caecus Amor vulnera caeca facit.*
*Non fallor*
*Viuit pectore sub dolente vulnus;*
+*Intactus vorat ossibus medullas,*
*Vesano tacitos mouet furores*
*Quod Chironia nec manus leuaret,*
*Nec Phoebus, sobolesque chara Phoebi.*

+*Cat.*

+*Virgil.*

*Scio quid faciam; hoc malum non curatur melius quam fugiendo.*

## ***Subtilité de l'Amour.***
## ***XXVI.***

*Ie ne t'entens Amour, si tu ne m'interprete,*
*Comme ta flamme faict la playe si secrete,*
*Qu'elle me faict mourir, sans quasi la sentir.*
*Estce que ton humeur est de tant plus cruelle,*
*Ton feu plus dangereux, ta playe plus mortelle,*
*Que le mal qu'ou en sent, ne se peut descouurir?*

*Tales son Amor tus rayos*
*Que sin señalar herida*
*Dexan al Alma sin vida.*

Siet 's liefdes blixem, ende hant,
Laet 't lichaem gaef, als't herte brant.

## *Assiduitas Amoris.*
## *XXVII.*

*Quo fugis? ah demens! nulla est fuga, tu licet vsque*
*+Ad Tanaim fugias, vsque sequetur Amor.*
*Non si Pegaseo vecteris in aëro dorso,*
*Nec tibi Persei mouerit ala pedes.*
*Vel si te sectae rapiant talaribus aura,*
*Nil tibi Mercuri proderit alta via:*
*Instat semper Amor, supra caput, instat amanti,*
*Et grauis ipse super libera colla sedet.*
*Excubat ille acer custos, & tollere numquam*
*Fe patietur humo lumina capta semel.*

*+Propert.*

*+AVdi Senecam; nec peregrinatione longâ, nec locorum varietatibus, Amorem; aut tristitiam mentis, grauitatemq́eu discuties: animum debes mutare non coelum. licet enim vastum traieceris mare, sequentur te, sequentur te, quocumque perueneris, vitia. quid miraris, nihil tibi peregrinationes, nihil fugam prodesse, cum te circumferas? motu ipso noces: aegrum enim concutis.*

*+Senec.*

+

*+Cat.*

*Non animum, fugiens coelum modo mutat Amator:*
*Quo fugis? heu tecum, dum fugis, ibit Amor.*

## *Assiduité de l'Amour.*
## *XXVII.*

*Pour eschapper l'Amour que sert il courir víte?*
*Ses traits, ses feux, ses dards persone les euite:*
*Touts les temps, tout les lieux, viueut soubs ceste loy,*
*Que qui vit sans Amour, il vit comme vne beste.*
*Arreste doncq le cours, ame volage, arreste,*
*Car esloigner l'Amour, cest s'esloigner de soy.*

*De que te sirue el huyr?*
*Pues que à tu proprio enemigo*
*Le lleuas alma con tigo.*

'T en baet gee*n* vluchten hier oft daer,
Als liefd' u poocht te volghen naer.

## *Minae Amoris.*
## *XXVIII.*

*+HEi mihi Domine! quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tuâ fugiam? Quis mihi hoc tribuat + buat vt in inferno protegas me & abscondas me donec pertranseat furor tuus? eheu! si descendero in infernum, ades. & habitauero in extremis maris, etenim + illuc manus tua inueniet me, & persequetur me dextera vindictae tuae. nulla alia restat fuga nisi ad misericordiam tuam. igitur Domine ne quasi furibundus & implacabiliter iratus me arguas aut + confundas; neque quasi iratus Iudex in seueritate iustitiae tuae, me punias: sed si exegentibus iniquitatibus corripere aut arguere me volueris, quaeso, id facias correptione paternâ in amabili misericordiâ tuâ. Manus tuae fecerunt me, & plasmauerunt + me totum in circuitu, & sic repente praecipitares me? memento quaso quod pelle & carnibus vestiueris me, vitam & misericordiam tribueris mihi, & quod vistatio tua custodiuerit spiritum meum. Delicta iuuentutis ne memineris Domine.*

*+Ps. 138.*
*+Iob.*
*+Ps. 138.*
*+Titel.*
*+Iob.*

## *Menaçe de l'Amour.*
## *XXVIII.*

*Helas mon cher Amour, vous pourez vous resoudre,*
*De porter contre moy, l'ardeur de vostre foudre,*
*Qui ne suis rien qu'vn rien formé dans vostre main:*
*Si vous me ruinez, cest gaster vostre ouurage,*
*Vous ne me pouuez veoir, sans y veoir vostre image,*
*Et quoy, l'auriez vous faict, pour la traçer soudain?*

*Detened Amor el braço*
*Que para vengar enojos*
*Bastan solos vuestros ojos.*

O Heere! wederhout den slach,
Verandert gramschap in verdrach.

## *Instantia Amoris.*
## *XXIX.*

*+CVr faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? vsquequo auertes illam à me? poterisne obliuisci inopiae & tribulationis meae? nequaquam. peccaui, fateor culpam, peccaui. sed dic, Domine, quid faciam tibi: scio dicam in corde meo recedat omnis iniustitia, vt te diligam ex totis viribus meis: recedat igitur omnis + zelotypia, ne tecum aliquid amem quod propter te non amem. igitur faciem tuam fac elucescere super me seruire tibi cupientem, & lumine tuo + salutari illustrans cor meum, vultum tuum demonstra mihi; fimbriam vestimenti tui tetigi, saluam me fac. inuocantem te ne deseras, quia priusquam + te inuocarem me vocasti & quaesisti, vt ego te quaererem, quaerendo inuenirem, & inuentum amarem. quaesiui te, & inueni Domine, & amare te desidero. auge desiderium meum & da quod peto, quoniam si cuncta quae fecisti mihi dederis non sufficit famulae tuae nisi teipsum dederis; da ergo teipsam mihi: Deus meus redde te mihi, en amo te, & si parum est, amem validus. tui ergo amore teneor, tui dediserio flagro, aspice in me & miserere mei.*

*+Iob.*
*+Bernard.*
*+Titel.*
*+August.*

## *Instance de l'Amour.*
## *XXIX.*

*Arreste vn peu Amour, car si ie dois suruiure,*
*Il me faut l'vn des deux, t'arrester ou te fuiure,*
*Car ie ne voudrois pas, pouuoir viure sans toy:*
*Que si par mon malheur iamais ne merite,*
*D'empescher ton depart, ou d'arrester ta fuitte,*
*Vienne la douce mort, car il est faict de moy.*

*Mirad Amor que si os vais*
*Es fuerça que me lleueis*
*O que en mis braços quedeis.*

Toeft liefde, toeft, ghy neempt de vlucht,
Toeft, om t'aenhooren mijn ghesucht.

## *Sanatio Amoris. XXX.*

*+VEnite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: sanabo contritiones + vestras, diligam vos spontaneé, quia auersus est furor meus à vobis. vnde irrepsit morbus, inde remedium intret, & per eadem sequatur vestigia, vita mortem; tenebras lux; venenum serpentis, + antidotum veritatis. omnis igitur anima accedat ad Christum, quia omnia Christus est nobis: si vulnere, si morbo curari desideras, medicus est: si febribus aestuas, fons est: si grauaris iniquitate, iustitia est: si auxilio idiges; virtus est: si mortem times, vita est: si coelum desideras, via est: si tenebras fugis, lux est: si cibum quaeris, alimentum est: omnibus omnia factus est vt omnes + lucrifaceret. Vnguentum optimum & suaue est Amor summi boni, quo pestes mentis sanantur, & cordis oculi illuminantur.*

*+Matt.*
*+Osec. 14.*
*+Ambros.*
*+Basil.*

## *Cure de l'Amour.*
## *XXX.*

*Les maux d'Amour, dict on, ne sont sans recompanse,*
*Car si l'Amour les faict, l'Amour aussy les panse,*
*Sans qu'il soit si cruel que d'en laisser mourir.*
*Mais moy ie crois plustost, qu'il est tresueritable,*
*Qu'Amour s'il est parfaict, est vn mal incurable,*
*Et que le plus grand mal, est, d'en pouuoir guerir.*

*Los males de coraçon*
*Como son males de Amor*
*Amor los cura mejor.*

Die my bemindt schouwt ongheual,
Die my besit die heuet al.

## *Auxilium Amoris.*
## *XXXI.*

*+EDuc Domine de custodiâ animam meam, & obsidione quâ me obsident inimici mei, perdere quaerentes eam, vt saluam educas liberatione tuâ, carcer hic concupiscentia est; carcer hic libido est; carcer hic peccatum est; peruersa mea voluntas coniecit me in illum, Amor saeculi captiuam me duxit. fateor culpam, cupio emendare quod feci; ne despicias me in afflictione clamantem; + ego autem in te speraui, dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae. eripe me igitur, de + manibus inimicorum & à persequentibus me. Domine expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi; effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequuntur me; dic animae meae salus tua ego sum. confundantur & reuereantur quaerentes animam meam, fiat via illorum tenebrae & lubricum: + requiescat in re anima mea, contempletur te in mentis excessu, cantem laudes tuas in iubilatione, & haec sit in exilio meo consolatio mea.*

*+Titelm.* *+Ps. 30.* *+Ps. 34.* *+August.*

## *Secours de l'Amour.*
## *XXXI.*

*Si l'Amour veut, il forçera la porte,*
*Car contre Amour nulle place n'est forte,*
*Chasteau, prison, inexpugnable tour,*
*Liens, & ceps, les chaines plus cruelles,*
*Geoles, fers, gardes, & sentinelles*
*Tout cede, craint, & faict plaçe à l'Amour.*

*No ay fuerça que Amor no fuerçe*
*Mi prision que no quebrante*
*El es fuerço de vn amante.*

Liefde en vindt niet soo sterck bestelt,
Dat niet en buycht voor haer gewelt.

## *Protectio Amoris.*
## *XXXII.*

*ADmiranda Amantis fiducia, imitanda huius animae fides! quae in medio leonum rugientium non titubat, in medio crudelissimarum ferarum non desperat; sed plena Amore diuino, plena constantiâ, spe plenissima clamitat, Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo; Dominus + protector vitae meae à quo trepidabo? dum appropiant super me nocentes vt edant carnes meas, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praelium in hoc ego sperabo: vnam petij à Domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae + meae. igitur Domine respice in me, restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. sic tu, o mens pia, cum te sentis prauis cogitationibus oppugnari, & enormibus tentationibus obrui, quae tamquam ferae & crudeles bestiae quaerunt animam tuam mortiferis peccatorum morsibus dilacerare, noli titubare, noli desperare; si amas, credidisti; si amas, sperasti; si credidisti & sperasti, non consensisti, non peccasti: Amor enum protexit te; Ama igitur semper & non peccabis.*

*+Ps. 26.*

*+Psal. 74.*

## *Protection de l'Amour.*
## *XXXII.*

*Voici mon cher Amour que ie te sacrifie,*
*L'ame, le corps, le coeur, l'esprit mesme, & la vie,*
*Que i'appends volontiers, Amour, à ton autel.*
*Ces bestes peuuent bien me rendre ta victime,*
*Mais non pas empescher que tu ne me r'anime,*
*Pour t'aymer à iamais d'vn amour immortel.*

*Hasta à las fieras amansa,*
*Y entre sus vñas dexcansa.*

Geen vreedt gediert my hinder doet,
Als liefde compt tot mijn behoet.

## *Renouatio Amoris.*
## *XXXIII.*

*A regno Domina qui modo liber abis.*
*Vera nec ora vide, moueat nec imago saliuam,*
*Nec digitis gemmas, quas tulit illa, gere.*
*Fax exstincta recens trahit, ah! trahit eminus ignem,*
*Et redit in flammam quod vapor antè fuit.*
*+Sic nisi vitaris quidquid reuotabit Amorem,*
*Flamma recandescit qua modò nulla fuit.* *+Ouid.*

*+AMor quamquam discedit aut tempore, aut ratione victus, non tamen penitus relinquit animam, remanetqúe in eâ vestigium veluti siluae + exustae aut fumantis. res de facili redit ad suam naturam.* *+Plutar.* *+Paul.*

\+

*+Iuuen.*

*----Et ad mores natura recurret*
*Damnatos.*

\+

*+Lucret.*

*Sed fugitare decet simulacra & pabula Amoris*
*Abstergere sibi, atque alio conuertere mentem.*

## *Renouuellement de l'Amour.*
## *XXXIII.*

*Si lors que nos Amours esteignent leurs chandelles,*
*Celle aussy du diuin s'esteignoit auecq elles,*
*Qui pourroit esperer de r'allumer ces feux?*
*Mais puis que ce flambeau ne perdi iamais ses flames,*
*Lors que le nostre meurt, approchons en nos ames,*
*Nous le veoirons bien tost viure & brusler tous deux.*

*Presto se buelue à encender*
*Si es recien muerta la llama*
*En el pecho, de quien ama.*

Vertoeft, o ziele, wacht noch wat,
Anders de vla*m*me heeft haest hervat.

## *Muscipula Amoris.*
## *XXXIV.*

*Ah! quoties falsa nos laedit imaginis error:*
+

*Cat.*

*Mus sibi dum fingit prandia, carcer adest.*
*Et vorat, & capitur, nec erit mihi dicere promptum,*
*Quid prius eueniat, num sapor, anne dolor?*
*Mus peccator homo est, quisquis mala gaudia carpit,*
*Corpore, quod pectus mordeat intus habet.*
*Poena voluptatis comes est, dolor ipsa voluptas;*
*Impurus numquam gaudia pura tulit.*

+*AMoris artes eloquar, quemadmodum expediant? numquam Amor quempiam nisi cupidum hominem postulat in plagas conijcere: cupit, eos consectatur, subdolè blanditur, ab re consulit, blandiloquentulus Harpago.* +*Plaut.*
+

+*Ouid.*

*Carpitq*ue, *& carpitur vna,*
*Suppliciumq*ue *sui est.*

## *Attrappe de l'Amour.*
## *XXXIV.*

*Il seroit bon pour toy, que tu vins pour apprendre,*
*Mais ie crains qu'en effect, cest pour te laisser prendre*
*Sans auoir plus des sens que n'ont eu ces souris.*
*Garde toy de l'Amour, garde toy de sa force,*
*Car si tu veux l'appas, si tu mords à l'amorçe,*
*Tu n'en prendras iamais, que tu n'en sois repris.*

*No passes alma adelante*
*Si no quieres que tu enpresa*
*Se remate en quedar presa.*

Gheuangen wort van dat hy jaecht,
Een, die te groote liefde draecht,

## *Retentio Amoris.*
## *XXXV.*

*VIta hominis Christiani transitus est, ipseque perpetuus viator. non habemus hic locum permanentem, sed alium exspectamus. transire igitur virtutis; haerere alibi, ignauiae est. gaudet motu animus Christianus, & in hoc, coelum sibi cognatum imitatur. in partibus Scythiae homines quosdam numquam domicilium figere, plaustro se sauque identidem transferre, memoriae proditum est. id vere Christianum decet. dolium hoc nostrum, Diogenis more, identidem volutandum est, sistendum raro, figendum numquam & nusquam. finge mihi aliquem è regione longinqua ad patriam properantem, in cauponam aliquam lepidam ac facoetam incidisse, quae benigne eum habeat ac lautè excipiat; hunc ibi, si tanquam ad firenum scopulos haerentem cernamus, nunquid excordem & isipidum iure iudicamus? ita sanè. Vir fugiens non moratur strepitum lyrae. idem de te cense. O Amnima! nec illecebris ac lenocinijs + suis mundus hospes, aut caro caupona te impediant, quo minus in veram ac caelestem illam patriam velis, equisque properes.* *+Prouerb.*

*Quae sedet in medio sit Cytheraea tibi.*
*+Rumpit, & abrumpit casses cordatus Amoris,*
*Degeneres Veneris molle retardat opus.* *+Cat.*

## *L'Arrest de l'Amour.*
## *XXXV.*

*Peut on veoir en Amour rien de plus ridicule,*
*Qu'vn amant si coüard, qu'il s'arreste ou recule,*
*Effrayé du hazard d'vn foible empeschement.*
*C'est n'auoir point de coeur, ou bien n'estre pas sage,*
*Car qui auroit au moins quelque peu de courage,*
*Ne rougiroit il pas de ne passer auant?*

*No sufre Amor floxedad*
*Ni que amaynen telarañas*
*El brio de sus hazañas.*

Doortreft, o liefde, dese jacht,
Of wel, u van het jaeghen wacht.

## *Dementia Amoris. XXXVI.*

*Vsque rogas, negat vsque tibi crudelis amica:*
*Ecquid adhuc duro mens en Amore gemit?*
*Me remorantur, ais formosa vincla puellae,*
*Vinola vel Herculeâ non soluenda manu.*
*Tu quid vincla voces, age nunc videamus inepta;*
*+Morio vel stramen, compedis instar habet.*
*Vincla genae mihi, vincla comae, mihi vincla papillae;* *+Cat.*
*Hei mihi. quot vinclis, corde ligatur Amans!*
*Stramine quam tenui stultorum crura tenentur;*
*Stultus Amans vinclum non nisi tale gerit.*

*QVotie rerum hamanarum interior aliqua cogitatio animum mihi subit, non possum non feriò deplorare, imo & indignari, affectuum nostrorum non inscitiam modo, sed insaniam. irretitos nos Amoris, voluptatumque mundi nescio quibus illecebris, sat scimus, & futile iugum excutiendi ardor non aliquis nos inuadit.*

## *Folie de l'Amour.*
## *XXXVI.*

*Voici follastre amant, l'image de ta vie,*
*Voici le ioug cruel qui la tient asseruie,*
*Regarde ta prison, prens garde à tes liens;*
*Plaindre la liberté sans euiter sa perte,*
*Ne sortir du danger la porte estant ouuerte,*
*Qu'est ce? que publier que tu n'a pas des sens.*

*Como Amor es tan esperto,*
*Para cautiuar vn neçio,*
*No quiere cordel mas reçio.*

Den sotten minnaer is alsoo,
Ghebonden met een enckel stroo.

## *Instructio Amoris.*
## *XXXVII.*

*ECce Absalonem, ecce misellum; qui tantopere + in crinibus gloriabatur, crinibus suspenditur. per quae quis peccat, per haec & torquetur. & + pro mensura peccati erit & plagarum modus. O Anima, omnes quas mundus propinat voluptates apibus non dissimiles esse, non immerito dixerim, fronte blandiuntur, posticâ pungunt. de sese iudicent alij, ad me quod attinet, non memini mihi quidquam vnquam accidisse, cui voluptatis nomen + meritò tribuendum censeam. vnicus sanè dolor corpus magis afficit, quam voluptates mille. quid mirum? semper aliquis dolor voluptati, dolori nulla voluptas inest. nullum mortalibus gaudium purum est: tormentum autem, totum tormentum est: & quod magis est, id quod nobis incunditatem, & gaudium adferebat, illud idem ipsum confert dolorem & tristitiam, & in membris quibus peccauimus, in ijsdem & punimur.*

+*Sap. 11.*
+*Deutr. 25.*
+*Cat.*

*---- Vox qui peccastis in igne,*
*Mox dabitis rapido membra piandafoco.*
*+Membra focus malesana coquat, luit ignis in igne,*
*Corpore non aliter gallica pestis abit.* +*Cat.*

## *Instruction de l'Amour.*
## *XXXVII.*

*Pauure Absalon, qui d'vn Amour follastre,*
*De ses cheueux se rendoit idolastre,*
*Et à leur culte estoit si empesché;*
*Las! le voila suspendu par ces tresses,*
*A qui iadis il fit tant de caresses:*
*Et son suplice esgal à son peché.*

*No se pierda el Amor cuerdo*
*Como lo hizo este neçio*
*Por cosas de poco preçio.*

Nu siet, en leert uyt anders zeer,
Hier te voorcomen uwen keer.

## *Fragilitas Amoris.*
## *XXXVIII.*

*+PVdicae est, non modò vt ne quid peccet, sed ne suspicionem quidem vllam turpem de se praebeat. idcirco* *+Dion.*

*---- Famam seruare memento,*
*+Quâ semel amissâ. postea nullus eris.*
*Non Vitium tantum, sed quae vitiosa videntur,* *+Ouid.*
*Haec quoque si sapias, haec quoque virgo fuge:*
*+Nec satis esse puta, quod sis tibi conscia recti:*
*Tunc quoque cum mens est integra, fama perit.* *+Cat.*
*Saucia nux, aliqua si parte putamina perdat,*
*Postea quidquid agas, semper hiatus erit.*
*Si pereat miseris semel integra fama puellis,*
*Ladaturus sacer virginitatis honos:*
*Tu licet inde velis fama sarcire ruinam.*
*Non iterum veniet, qui fuit antè, decor.*
*Obducas licet vsque cutem, manet vsque cicatrix,*
*Vtque tegas, semper vulnera vulnus habent.*

*Vti fama amantium puellarum tenerrima est, & quam facillimè laeditur, & semel lesa, aegrè admodum reparari potest. sic Amor quorumuis amantium tenerrimus est, similis vitro, quod cum semel ruptum est, licet reficiatur, semper alique parua fissura manet.*

## *Fragilité de l'Amour.*
## *XXXVIII.*

*S'il est vray, que l'Amour peut faire par sa flame,*
*Que de deux coeurs vnis resulte vne seule ame,*
*Si bien que chascun deux n'en soit que la moitie;*
*Peut estre, ne peut il, quoy qu'il veuille ou qu'il fasse,*
*(Si iamais il aduient que l'vn des deux se casse)*
*Rallier les morceaux, reioindre l'amitie.*

*Es tan delicado Amor*
*Que es muy facil de quebrar*
*y difficil de soldar.*

Als 's liefden pant eens breeckt oft kraeckt,
'T en ca*n* soo licht niet sijn hermaeckt.

## *Inconstantia Amoris.*
## *XIL.*

*AMor humanus mutatur pro varietate obiectorum; semper fertur in aliquid noui, quod sibi tamquam vtile & acceptabile propositum, appetit. & quemadmodum ipsa obiecta in sese habent maximas vicissitudines; ita & Amor maxime inconstans est. amas honores? instabiles sunt. appetis diuitias? fluxae sunt. optas bonam famam, fortunam? variabiles sunt. desideras sanitatem? numquam homo in eodem statu permanet. procaris puellam? amat domicillam? mutabilis est, varium & mutabile semper faemina: & tu qui procaris multo adhuc mutabilior es, audi Poëtam,*

*+Ad dominae nutum leuis exagitatur amator,*
*Quoque puella solet vergere, vergit amans:* +Cat.
*Non volucris summâ quae vertitur anea turre,*
*Promptius aërias itque, reditque vias.*
*Rideat illa, mouet tristi miser ore cachinnos;*
*Ploret, amans laetas proluit imbre genas.*
*Vos miseros! agimur vacuo ludibria coelo,*
*Abripit aura vagos, aura redire iubet.*

+

*Quam miserè seruit & agitatur cui mulier imperat, cui leges imponit, praescribit, iubet, vetat quod videtur. qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare: poscit, dandum est: eijcit, abeundum: vocat veniendum; minatur, extimescendum.* +Cicer.

## *Inconstance de l'Amour.*
## *XXXIX.*

*Ainsy le coeur humain, qu'vn fol Amour escroule,*
*Au gré de touts les vents incessament se roule,*
*Sans esperer iamais de rencontrer le nort;*
*Telle est la qualité des choses sublunaires,*
*Que battant nos esprits de mouuemens contraires,*
*Le tiennen*t *dans la mer sans arriuer au port.*

*No siendo el Amor, de Dios*
*Es sin genero de duda*
*Que con todos vientos muda.*

Hier draeyt naer aller winden blaes,
Den weerhaen, en de*n* minnaer dwaes.

## *Tragedia Amoris. XL.*

*Taure quid eximijs te cornua nexa corollis?*
*+Quidque iuuant agili tympana pulsa manu?*
*Mox lanius rigida feriet tibi colla securi,* +*Cat.*
*Paruaq*ue *perpetua gaudia nocte lues.*
*Quid rosa, quid litui, tibi quid, homo, blanda libido*
*Proderit? & vasto, quidquid in orbe placet?*
*Heu leuis & breuis est mundi vel summa voluptas,*
*Et premit emeritum mors sine morte iecur.*

*ORbis terrarum, homini tamquam theatrum est, vnusquisque ibi nostrum, scaenae seruit; comicam hic, tragicam ille personam sustinet: comicam certè, Amoris diuini assecla; quocumque enim ille exordio actum incipit, lepido vtique ac festiuo fine vitae fabulam claudit. Tragico cothurno indutus prodit assecla Amoris humani; nec personam ponit nisi cruentus: actus enim postremus numquam illi alius nisi funestus ec tristis. + ducitur enim quasi bos ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans quod ad vincula trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius. Nunc ergo, o Anima,* +*Prouerb. 7.* *audi me & attende verbis oris mei. ne abstrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris semitis eius: multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab eo.*

## *Tragedie de l'Amour.*
## *XL.*

*Qu'ell' estime feroit le boeuf de ceste gloire*
*S'il preuoioit qu'vn iour sa fin sera si noire?*
*Quel estat feroit il de ce cruel honneur?*
*Et toy mondain qui scais, que les faueurs plus grandes,*
*Semblables à ces fleurs, ressemblent ces girlandes,*
*Tu n'en scais augurer ton eternel malheur?*

*Porque no os lleue este Amor*
*Tened alma en la memoria*
*Que al fin se canta la gloria.*

Wellust, eer, goet, wat batet al,
In't midden van ons ongheval.

## *Victoria Amoris.*
## *XLI.*

*[+]VAlida est vt mors, dilectio Dei: sicut mors violenter separat animas à corpore, ita dilectio violenter segregat hominem à mundano & carnali Amore.* *[+]Isiod.*

*O Anima quae vidisti in hoc libro tamquam in Theatro; & in his tabellis tanquam in quibusdam scenis Amoris humani decursum: quae considerasti vilem eius ortum, priorem progressum, & miserrimum exitum, quam laudabiliter certamen inis cum Amore diuino, vt de Amore humano [+] victoriam reportes. laboriosa est pugna: nemo nisi qui magnanimitate praeditus fuerit, ac diuina charitate ignitus aduersa* *[+]L. Iustin.* *tollerandi, contra naturam suam & inolitos mores audebit habere congressum. qui verò talis est ardua aggredi non timet, ardua sustinere non veretur non minis, non plagis, non opprobrijs, non tentationibus cedit. Amore Dei quippe accensus nequit à cepto proposito declinare; quae retro sunt obliuiscens, in anteriora se infatigabiliter se extendens; vires restaurat cum decertat, & eo sit robustior quo plus exercetur, quid multa? quicumque huiusmodi desiderij igne fuerit comprehensus & suauitare illectus, insuperabilis est, & coronae propinquus, Securè igitur pergat ad pugnam, non tamen hoc solo contentus sit, huic addat propositum perseuerandi in eâdem, qua positus est, vocatione: facile enim ruit, qui hoc perseuerantiae desiderio non fuerit praemunitus.*

## *Victoire de l'Amour.*
## *XLI.*

*Ne vantéz plus de Cupidon volage,*
*Les ares, les traicts, les dards, ny le courage,*
*Il n'est pas, non, comme on croit, immortel;*
*Car ces amants qu'vn diuin zele pousse,*
*Ont appendu ses arcs, ses traits, sa trousse,*
*Et sa despoüille au pied de leur autel.*

*Para vencer à Cupido*
*El alma y Amor de Dios*
*Se juntan ambos à dos.*

Godt en de ziele ghesaemder handt,
Dooden Cupido t'sijnder schandt.

## *Antidotum Amoris. XLII.*

*ASpix momordit te; vis sanari? aspidem distilla: vnicum remedium ad abigendum, venenum eius, est oleum eius. Amor venereus, Amor inordinatus vulnerauit te; vis sanari? Amoris essentiam, maturâ consideratione distilla: optimum remedium ad propellendas illecebras eius est cognitio eius. eia agedum, quid est Amor? rationis obliuio est. qualis est Amor? insaniae proximus est. quid est amare? insanire est. Qualis est Amans? Amens est.*

+

+*Menand:*

*Carere Amantes mente si quis non putat,*
*Quos esse potius mentis expertes putet?*

+

+*Ouid.*

*Quid deceat, non videt vllus Amans.*

*O Anima! ecce, Amor iste stultitia est; perende igitur, quomodo & quid ames; si mundum, si inordinatè amaueris, fatua eris; si Deum Amaueris, prudens eris.*

## *Contrepoison de l'Amour.*
## *XLII.*

*Le poison de l'aspic, fait la playe mortelle;*
*Le poison de l'Amour, rend la sienne immortelle;*
*Mais vn seul moyen peut alentir leur rigeur.*
*Le poison de l'aspic distillé, rend la vie;*
*Le poison de l'Amour (qui n'est qu'vne folie)*
*Sagement distillé enerue se vigeur.*

*Esto tiene el necio Amor,*
*Que apurando su locura,*
*El mal que hizo, lo cura.*

Liefde is fenijn, wildijt ghenesen,
Distileert rijpelijck zijn wesen.

# *Amoris divini et hvmani antipathia*
# *Liber II.*

### *Praelvdivm et Descripiitio Amoris.*

*INLibro primo potissimum egi de Amore humano & [+] prauis effectibus eius; in hoc potissimum agam de Amore diuino & sanctis effectibus eius. est igitur Amor hic affectio vehemens cordis & animae ac mentis applicatio ad aliquid diligendem: inclinat enim Amor Amantem. neque enim in hoc laborat, licet labor non amantibus grauis sit; neque difficultatem non nouit sed impatiens est nisi inueniat quod desiderat: nec aliud cogitat quam quod diligit; nec accipit de dilatione solatium. Lucerna fulgoris verus Amor, ardens in mente per desideriu*m, *& splendens in facie per exemplum & hic Amor iam nudus non est & purè naturalis, sed indutus fontani Amoris radio;* ia*m infusus,* ia*m purgatus, iam illuminatus & eleuatus supra nature potentiam; iam patiens, iam formatus, qui cum forma est, purè naturalis & per se agens informis est, impotens & depressus, Amor naturalis, fulgor oculi in tenebris: Amor infusus fulgor oculi in lumine, vel verius, lùmen efficax in fulgore.*

[+]*Idiot.*

*Amor ceteros affectus in se dutit & captiuat: viget namque ipse Amor, cum praesto est quod amatur; & languet cum abest.*

## *Proprietates Amoris.*
## *I.*

*+AMoris natura est, semper amare, proprium postponere, & commune praeferre, diuersa corda vnire, extraneum domesticum facere, corda iracundiâ ignita extinguere, pacem semper procurare.* +*Idiot.*

*Amor confracta solidat, depressa subleuat, nutantem animum constantem reddit. Amor docet & addiscit & inimicum nescit. Amor laudat; Amor reprehendit, Amor prauâ suspicione caret. vbi Amor defuerit, nihil valet quidquid agitur: contrà, omnia valent quae cum Amore aguntur.*

*Amor hominem laetificat & à terrenis subleuat; Amor numquam est otiosus, sed semper aliquid operatur, semper crescit & augetur. Amor vita est animae, & qui non amat mortuus est. Verus Amor non requirit praemium, etsi mereatur. Sine Amore nec elemosynae largitio, nec martyrij susceptio, nec aliquorum bonorum operatio proficere ad habendam salutem potest.*

*Amor hominem perficit, omnia sustinet, omnia patienter portat. Amor facilis res est, omnibus se exhibet, nulli se negat. capit eum bonus & malus, iuuenis & senex, vit & mulier, sanus & infirmus, diues & pauper, summus & infimus, liber & seruus, secularis & religiosus, debilis & fortis: nec est qui se valeat excusare. quin in alios dirigat radios puri Amoris.*

***Description de l'Amour.***
***I.***

*L'Ame at en soy nom de soy, mais de Dieu + vn poids & inclination naturelle, vne propension raisonnable (que nous disons Amour) per le moyen de laquelle elle peut (si elle veut) tousiours se conuertir & viure en Dieu, ayant vne naturelle tendüe & porteé en luy, comme la pierre au centre de la terre, voire & bien plus viuement mais pource + que cet Amour naturel n'est pas beau depuis le premier peché, ny assez fort & suffisant pour paruenir à ce bien surnaturel, c'est pourquoy la charité increé at infus aux Chrestiens par les Sacremens vne habitude & disposition, vne forme diuine, qui est la charité créee vertu Theologale, au moyen de laquelle elle est puissante pour aymer Dieu sur tout, & son prochain comme soy mesme.*

+*August.*

+*P. Laurent. Capucin.*

## *Via Amoris.*
## *II.*

*+VEra dilectio est via rectissima eundi ad Christum, nec opus est aliqua alia virtute, in cuius exercitio potest esse via obliqua; sed solum amore & dilectione, quae ad coelestem patriam verè ducunt, quia alia quaecumque virtus informis esse potest & cum peccato, & ex eius actu saepè oritur vana gloria, quae, vt ventus, impedit viatorem, imò impellit in chaos inferni. Amor est via rectissima abique deuio; via breuis absque taedio; via plana absque tumulo; via clara absque nubilo; via secura absque periculo; via lucunda cum amantissimo duce Domino nostro, Iesu Christo, via veniendi ad aeterna gaudia; quae non permittit viatorem ad dexteram, quae est prosperitas, nec ad sinistram quae est aduersitas, declinare. Ista via Amoris est vera, non ficta, neque palliata; via cordialis, non verbalis; via fructuosa, non otiosa; via non solum sermonis, sed etiam operis; via cauta, non improuida; via prudens, non fatua, ita quod persona ametur & culpa refutetur, via constans non momentanea. ſiquis igitur ad patriam coelestem velit celeriter peruenire, per hanc viam amoris & dilectionis ambulare debet: quía qui amat ardentiùs, currit velociùs, & peruenit citiùs.*

*+Idiot.*

## *Chemin de l'Amour.*
## *II.*

*Si ie suis le chemin, la verité, la vie,*
*Et qu'il est vray, mortel, que tu as tant d'enuie*
*D'entrer au vray chemin, pour viure bienheureux;*
*Dis moy à quoy tient il, que ton ame n'y entre?*
*Si le Ciel est ta fin, si l'Amour est to*n *centre,*
*Ie suis la porte, viens, ie t'ouuriray les cieux.*

*Alma si quereis entrar,*
*Llegad que yo soy la puerta*
*Por todas partes abierta.*

Ick ben de deure vande deucht,
Den wegh va*n*de volmaeckte vreucht.

## *Ouile Amoris.*
## *III.*

*[+]EGo sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meae; & animam mea [+] pono pro ouibus meis, & sicut fidelis pastor, gregem meum pascam, in brachio meo congregabo agnos & in sinu meo leuabo, foetas ipse portabo, & quod perierat, requiram & quod abiectum erat, [+] inducam, & quod confractum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat, consolidabo; & quod forte & pingue, custodiam, & pascam illas in Iudicio, [+] & ego vitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.*

*[+]Ioan. 10.* *[+]Isa. 40.* *[+]Ezech. 34.* *[+]Ioan. 10.*

*[+]Quis similis tibi, o Amor? quis similes tibi pastor bone? non te quaerebam, tu me quaesiuisti, non te inuocabam, tu me vocasti, vocasti enim me nomine tuo: Intonasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei: deduxisti me in ouile tuum, & vocem tuam cognoui: sed serò te cognoui pastor bone, serò te cognoui veritas antiqua; tu eras in lumine & ego in tenebris, & non cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te, & non est lux extra te.*

*[+]August.*

## *Bergerie de l'Amour.*
## *III.*

*Gentils bergers, qu'vne si douce vie*
*Fait viure heureux dans ceste bergerie,*
*Sans desplaisir, sans crainte, ny soucis;*
*I'estime moins les regnes & Prouinces,*
*L'honneur, les biens, les delices des Princes,*
*Que ie ne fais celles de vos brebis.*

*Siendo amor mismo el pastor*
*Bien seguro esta el rebaño*
*Que no aura qui en le haga daño.*

Ick ben den herder, 't is mijn doen,
En 't uw', mijn schaepkens hier te voen.

## *Attractio Amoris.*
## *IV.*

+*IN charitate perpetua. dilexi te, ideo attraxi te; O magna gratiae commendatio, nemo venit nisi tractus, hoc tamen, (quidquid imperitè & ineptè haeretici dicant) non significat violentiam liberum arbitrium abolentem, sed suaue Dei auxilium, quo animas ad fidem & poenitentiam, libertate seruatâ, vocat, ipsismet volentibus & liberè consentientibus. Noli cogitare te inuitum trahi,* + *trahitur animus & amore. Non dixit Christus nisi Pater duxerit, sed traxerit; ista violentia sit cordi, non carni; crede & venis, ama & traheris: dulcis est amoris violentia, suauis est, ipsa suauitas te trahit.*

+*Ierem.*
*August.*
*Barrad.*

+*August.*

## *Attrait de l'Amour.*
## *IV.*

*Amour, amour, tu es la calamite,*
*L'ambre, l'aymant, l'attrait, la corde eslite,*
*Qui tire l'ame de la terre à Dieu;*
*Sans ton filet ce monde est vn dèuale,*
*Et nous faict perdre en ce funeste lieu.*

*En el camino del cielo,*
*Porque el alma no se pierda,*
*Le sirue el amor de cuerda.*

Niemant en compt in mijnen schoot,
Die Godt den Vader niet en noot.

## *Potentia Amoris. V.*

*POtens est Amor; nemo dubitat. Sed potentiam eius quis enarrabit? Deus Amore creauit vniuersa; Amor quippe, + quando praeparabat coelos, aderat; quando cetta lege & gyro vallabat abyssos; quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transfirent sines suos; quando appendebat fondamenta terrae, cum eo erat cuncta componens. & Deus non solum Amore, creauit semel mundum & vniuersa, sed quotidie & continuo Amore conseruat mundum, sustinet mundum, Amor enim est, qui filo dilectionis suae, mundum appendit: Amor est, qui mundum tribus digiris, nempe potentia, prudentia & misericordia Dei, appensum + tenet. Amor denique est Athlas. Virtuti igitur brachij eius quis resistet? quoniam tanquam momentum staterae, + sic est ante eum orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani quae descendit in terram ante cuius conspectum omnes aquae saeculi sunt quasi guttae in pugillo, & mensurae coelorum ac si praeparati essent palmo, & puluis terrae ac si esset mensuratus in mensura, & montes ac si essent ponderali in pondere, & colles ac si essent in stateris Amor denique + est principium rerum humanarum, quem Φανῆτα vocat, Orphaeus.*

+Prouer. 8.

+Sap. 11.

+Chald.

+Orphaeus in carm.

\+

+Virgil.

*Omnia vincit Amor; quid enim non vinceret ille?*
*Omnia vincit Amor; nos & cedamus Amori,*

## *Puissance de l'Amour.*
## *V.*

*Qui peut, voyant cecy, s'empescher qu'il ne tramble?*
*Mais ce filet n'est pas si foible comme il samble,*
*C'est le filet d'amour qui soustie*nt *l'vniuers.*
*Le monde sans amour seroit vn corps sans ame;*
*Le monde sans amour, seroit vn feu sans flame;*
*Le monde sans amour, iroit tout à reuers.*

*De las manos del amor,*
*Pende el mouimiento eterno*
*Del mundo, y de su gouierno.*

Liefde houdt de werelt ae*n* haer snoere*n*
Liefde die doet de werelt roeren.

## *Lusus Amoris.*
## *VI.*

*+TOtus orbis terrae est quasi quidam ludus globi aut pilae; quae modo ab illo tenetur, modo ad illum proijcitur, & aliquando diuiditur in partes, & ille vnam partem habet & alius aliam. Sic fit de orbe; primò fuit monarchia apud Assyrios, & postea quasi pila aut globus proiectus venit ad Persas & Medos, postea ad Graecos, postea ad Romanos, modò diuisa est pila; quis est qui proiecit & reiecit toties illam pilam aut globum? nonne Amor? sed amor inordinatus, qui proijcit vt diuidat, reijcit vt destruat. Amor hic diuinus proijcit & globum, globum monarchiae Ecclesiasticae; proijcit, sed sempet ad vnum & idem: vnum (inquam) & idem gremium Ecclesiae, vnum & idem caput, quod est summus Pontifex. proijcit vt custodiat, proijcit vt defendat.*

*+Hugo.*

## *Ieu de l'Amour.*
## *VI.*

*Dis moy, amour, que fais tu dans le monde?*
*Ie fais rouler ceste machine ronde,*
*Ie fais iouer tous les ressorts du ciel:*
*C'est moy, qui fais naistre des feux & flames,*
*C'est moy, qui fais perdre & gaigner les ames,*
*Et qui leur donne vn ieu perpetuel.*

*Amor à la ganancia pierde*
*Es tan diestro que qui en iuega*
*Con su dinero le ruega.*

Hy wint altijts als hy verliest,
Die't al verlaet en Godt verkiest.

## *Vinculum Amoris.*
## *VII.*

+*VIs vt seruiat caro animae tuae: Deo seruiat anima tua; affectus inordinatos oportet cohibere* + *& quasi in vinculis alligatos detinere, ne liberè per illicita vagentur aut aberrent.* +August. +Pineda.

+ +Horatius.

*Qui studet optatam cursu contingere metam,*
*Multa tulit fecitque puer, sudauit & alsit,*
*Abstinuit Venere & Baccho.*

+*O quam compositum reddit omnem corporis statum, necnon & mentis habitum, disciplina! ceruicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, mortificat oculos, ligat pedes, id est affectiones, cachinnos cohibet, moderatur linguam, fraenat gulam, sedat iram, format incessum. nullus equus rectè sessori paret, nisi arte domitus; nullum Ingenium non ferox, nisi probâ educatione & praeceptis cicuretur. qui assiduè in rebus prosperis ac laetis versati sunt, eos vix sapere, prudentiores censent; quos verè sors aduersa aliquoties exercuit, magis ad prudentiam ac cautionem compositi putantur. ad omnia necessitas naturam instruit, illa simias decorè saltare, Elephantes doctè digladiari, picas ac psittacos distincte loqui docet. quid multa? res dura bestias ad actiones humanas, homines ad diuinas erigit.* +Bernard.

## *Lien de l'Amour.*
## *VII.*

*Deuinéz moy, ce que ie vous vay dire,*
*Ceux que l'amour reduit soubs son Empire,*
*Sont ils captifs, ou bien en liberté?*
*Ie vous respons que les prisons d'amour,*
*Ses fers, ses ceps, ses liens, son sejour,*
*Sont les seaux de son authorité.*

*No se iran los prisoneros*
*Aunque se suelten los hierros.*

Seght liefde, waer toe dese wet?
Ke, laet my doen, 'k weet wat u let?

## *Venatio Amoris. VIII.*

*QVid facis? o anima! insectaris vulpes? vulpes paruulas? oleum & operam perdes. Ignorasne illarum asturiam? si ignoras, nihil tibi sperandum de venatione tuâ; si non ignoras, quid ad tam difficilem te accingis praedam? noui astutiam vulpium & illam fateor, sed cum amor mecum sit, haec nihil illis proderit; quippe ipse multo astutior & callidior, ipse author innocentis astutiae, magister + inuentionum, doctor subtilitatum, igitur capiamus nobis vulpes paruulas, malas (inquam) illas cogitationes quae piarum mentium spirituales demoliuntur vineas, non solum morsibus peccatorum eas deuastantes, verum etiam illarum fructus absumentes, quibus absumptis, & demolitae apud Deum censentur capiamus eas, cum primum exortae fuerint, scientes non solum mihi esse vtilissimum sed & ipsi optatissimum, capiamus eas fugando, capiamus ligando, capiamus occidendo.*

*+Ghisler.*

## *Chasse de l'Amour.*
## *VIII.*

*Dis moy, qui soit l'inuenteur des finesses,*
*Des beaux desseins, des ruzes & souplesses,*
*Les plus madré, le plus subtil des Dieux?*
*Si les renards sont la plus fine race*
*Puis que l'amour les prend, attrape & chasse*
*Il faut qu'il soit plus fin encores qu'eux.*

*Las raposas en la viña,*
*Si amor no les va à la mano*
*No dexan sarmiento sano.*

De liefd' als eene Jaegherin,
Jaecht uyt het vosken, d'eyghen min.

## *Militia Amoris.*
## *IX.*

*+ARma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. De cetero, o anima, confortare in Domino, + & in potentiâ virtutis eius, indue te armaturam Dei, vt possis stare aduersus insidias amoris mundani, quoniam non est tibi colluctatio aduersus carnem solum & sanguinem, sed & aduersus Principes & potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum; contra spiritualia nequitiae in coelestibus. Propterea accipe armaturam Dei vt possis resistere in die malo & in omnibus + fortis & constans stare. nam qui certat in agone, non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. accingere igitur gladio super femur tuum: in + hoc mundo quasi in campo certaminis positi sumus: qui hic dolores, aut plagas, aut tribulationes non susceperit, in futuro inglorius apparebit.*

*+2. Cor. 10.*
*+Ephes. 6.*
*+2. Tim. 2.*
*+Bern.*

## *Milice de l'Amour.*
## *IX.*

*Amour, amour, dis moy, que veux tu faire,*
*Iamais l'Amour ne fust amis de guerre,*
*Iamais amant ne fust braue guerrier.*
*Il s'en faut bien; car les plus grandes gloires,*
*Palmes, Lauriers, triomphes, & victoires,*
*C'est l'amour seul qui les at faict gaigner.*

*Para que son es sas armas?*
*Pues Amor para vencer*
*Solo à menester querer.*

Compt, onghewapent wie ghy zijt,
Den trommel slaet, de liefde strijt.

## ***Digladiatio Amoris. X.***

+*ACcipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum; induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium + certum, sumet scutum inexpugnabile; aequitatem. Ipse Amor est qui me armat & confortat, qui docet manus meas ad praelium, & quasi ad pugnam accinxit me fortitudine, per virtutem + gratiae suae animum meum corroborando. Sit benedictus, sit laudatus, & glorificatus Dominus Deus meus, qui me docet pugnare & praeliari aduersum hostes meos, qui mihi manus roborat & digitos aptat ad resistendum ijs qui me quaerunt + interficere. bonum certamen certabo, cursum consummabo, fidem seruabo, in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex.*

+*Sap. 5.*
+*Titelm.*
+*Idem.*
+*2. Tim. 4.*

## *Escrime de l'Amour.*
## *X.*

*Ieunes guerriers, certes ie m'imagine,*
*(Puis qu'escrimant, vous faites vne mine*
*Qui sent plustost la paix que le duel)*
*Que tous vos coups se changeront en charmes,*
*Et que l'amour se meslant de vos armes,*
*Vostre combat ne serat pas cruel.*

*Rendid la espada el Amor*
*Porque su esgrima es tan cierta*
*Que el que se rinde lo acierta.*

Schermen en weiren compt te laet,
Want teghen de liefde niet en baet.

## *Expolitio Amoris.*
## *XI.*

*+PVrificate corda duplices animo, & expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio, quia + fruges terrae cordis vestri consumet rubigo. Aufer + igitur rubiginem è corde meo, o Amor, rubiginem inquam vanitatis, falsitatis & superfluitatis, + rubiginem superbiae, auaritiae, luxuriae, rubiginem inuidiae, & irae, rubiginem gulae, & acediae. vae ciuitati sanguinum, ollae cuius rubigo in eâ est, & rubigo eius non exiuit ex ea.*

*+Iacob. 4.*
*+1. Cor. 5.*
*+Leuit. 28.*
*+Vgo.*

*+Amor à nobis omnem rusticitatem amolitur, omnis elegantiae, omniumqúe munditiarum pater est. venustè Plautinus senex, Amorem, Deum appellat munditiantem, eumque nitidis nitoribus ait antecellere: da mihi hominem efferum atque truculentum; hunc amor euestigiò mollem reddit & mansuerum: da rudem & rusticanum; statim ab amore fiet ingeniosus & vrbanus. Da Incultum, ab amore cultissimus efficietur: denique segnities omnis, somnus lethargicus, marcor squalor, incuria, ab amore eliminantur; à quo industria, nauitas, vigilantia, solertia, cultus & nitor promanant.*

*+P. Beroal.*

## *Polissure de l'Amour.*
## *XI.*

*Pourquoy l'Amour aiguise t'il sans fin?*
*C'est que le coeur n'est iamais assés fin:*
*Pour delaçer les noeuds, de ses filets;*
*Si c'est cela, croyes, qu'il perd sa paine:*
*C'est vn abus, c'est vne atteinte vaine,*
*(En estant prins) de sortir de ces rets.*

*Los azeros del Amor*
*No saben sufrir torpeza;*
*Porque enbota su fineza.*

'T hert, 't welck een ziel slijpt en besproeyt,
Verliest den roest, in liefde groeyt.

## *Balneum Amoris.*
## *XII.*

*+EFfundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris.* *+Ezech.*

*+Lauamini, igitur, & mundi estote, auferte malum cogitationum cordis vestri: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.* *+Isaiae. 1.*

*+Omnis anima viuens quae serpit, quocumque venerit torrens, viuet. & nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest intrare in regnum + Dei. O Fons veri Amoris & immensae dulcedinis, Domine, qui numquam deficis sed semper reficis, ego miserabilis peccator oneratus magno pondere peccatorum, magnam sitim amoris patior, quia à te fonte viuô fui nimium elongatus: deducere me ergo digneris ad te, fontem amoris & dilectionis, vt lauem à malitia cor meum, vt hauriam aquam tanti amoris tui, illam bibam, illâ recreer, illius suauitatem & saporem degustem, ex illâ lauetur & mundetur anima mea ab omni macula peccati, vt mundata ab omni inquinamento tibi placeat, tibi seruiat, ac tecum viuat per amorem.* *+Ezech. 47.* *+Idiot.*

## *Baing de l'Amour.*
## *XII.*

*Raisin d'Amour qu'vne rigeur estrange,*
*Pour me peches, presse, foule, & vandange,*
*Tant que l'on voit desborder cest estang:*
*Permettés moy que i'y baigne & respasme*
*Ce coeur atteint des tasches de mon ame,*
*Qui ne se peut lauer qu'en vostre sang.*

*En la fuente del Amor,*
*Si el coraçon se desnuda,*
*Limpio quedara sin duda.*

Mijn herte wasch' ick in dit vat,
Om deel te hebben in dijn schat.

## ***Biscoctum Amoris. XIII.***

*+FIli accedens ad seruitutem Dei, sta in Iustitia & timore & prępara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine, & inclina aurem tuam & excipe verba intellectus, & ne festines in tempus obductionis; sustine sustentationes Dei, coniungere Deo & sustine vt crescat in nouissimo vita tua: omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptabiles in camino humiliationis. Amor est quasi ignis conflans & quasi herba fullonum: & sedebit conflans + & emundans argentum & purgabit filios Leui; excoquet ad purum scoriam tuam & auferet + omne stannum cordis tui. Vret cor tuum sicut vritur argentum, & probabit illud sicut probatur aurum: beatus vir qui suffert tentationem, quoniam + cum probatus fuerit, accipiet coronam, quam repromisit Deus diligentibus se.*

*+Eccl. 2.*
*+Mala. 3.*
*+Isa. 1.*
*+Iacob. 1.*

## *Biscuit de l'Amour.*
## *XIII.*

*Qu'il est ioly ce diuin boulanger:*
*Mais croyéz vous, qu'il oseroit manger*
*Ce coeur, qu'il cuit au milieu de son four?*
*Cela s'entend: car il à tousiours fain;*
*Et ne se paist iamais que de ce pain,*
*Qu'il cuit luy mesme au feu de son Amour.*

*Con el biscocho de Amor:*
*Si bien el puerto se alarga*
*Nunca el nauegar amarga.*

Mijn siele wordt ghesuyvert hier,
Ghelijck het goudt in 's liefden vier.

## *Acu-pictura Amoris.*
## *XIV.*

*Non sibi fert animus tua serica perdere, quamuis*
*+Mille foraminibus serica pungat Amor.*
*Quod lacerauit acus, rutilo mox splendet in auro,* +*Cat.*
*Pulchrior ex ipso vulnere tela redit.*
*Quos premis, alme Deus, non opprimis. arrige mentem*
*Qui gemis aethereâ vulnera facta manu:*
*Perfer, erit sanâ, cute pulchrior ipsa cicatrix,*
*Et dabit haud dubiam vulneris auctor opem.*

*QVod hîc in bysso, id in nobis agit Amor. quem, precor, vnquam honorauit magnus ille opifex, quem non ante onerauit? quem vnquam è suis Deus, aut gratia spirituali imbuit, aut honere corporali egregiè decorauit, nisi praemissâ, in vtroque, insigni aliqua calamitate? non antè Patriarcha Iacob opulentus & ingenti famulitio tanquam exercitu stipatus ad suos redijt; quam solus bacillo innixus in exteras regiones profugus abijsset. non antè Paulus lucem Euangelij, nisi caecus, vidit. non antè Iosephus regali splendore emicuit, quam carceris squalore sorduisset. Quid multa? vtiles sunt fidelibus afflictiones.*

*Si quando ergo affligi te contigerit, o mens pia, corpore siue animo, in solatium tui, hoc aut simile argumentum deprome. Deo est propositum me honorare, infamiâ enim afficior: me firmare, quippe debilitor: diuitijs me cumulare, in paupertatis angustias detrudor: gaudio me affecere, doloribus + cruciandum me tradit. Intellige, igitur, o Anima, medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum ad salutem.* +*August.*

## *Broderie de l'Amour.*
## *XIV.*

*Amour instruit cet ame encor nouiçe*
*Et luy fait veoir en ce bel artifiçe,*
*Qu'il est en tout le plus accort des Dieux.*
*Il prend ce coeur, qu'il blesse & qu'il reblesse,*
*Qu'il poingt, repoingt & contrepoingt sans cesse,*
*Et neantmoins ce coeur s'en porte myeux.*

*Las puntadas del Amor*
*Van labrando el coraçon,*
*Hasta tener persicion.*

Laet liefde doen; cond' het gheduren,
Liefde die sal 't hert wel broduren.

## *Imago Amoris.*
## *XV.*

*SEcundum excellentissimam animae nostrae portionem, quae est supremarum virium nostrarum + origo, ceu viuidum ac aeternum factum sumus speculum, cui is sempiternam suam impressit imaginem, quodque nullam aliam vnquam recipere imaginem potest. & hoc speculum diuino vultui semper propositum manet; atque ea re cum imagine quam suscepit, etiam ipsum sit aeternum. in hâc aeternâ imagine, id est, in Filio, cognouit nos Deus in seipiso, & antequam creati essemus, & nunc in tempore quando ad ipsum conditi sumus.* +*Rusbroch.*

*Haec imago in cunctis hominibus & essentialiter & personaliter inest, & singulis quisque totam eam & integram ac indiuisam habet: nec tamen simul homines vniuersi plus inde, quam vnus aliquis, habent. Atque hac ratione omnes nos vnum sumus, vniti in aeterno exemplari nostro, quod est imago Dei & omnium nostrum, & vltae & essentiae nostrae origo, in quo creata essentia & vita nostra sine medio, tanquam in causa sua aeterna dependet: neque tamen vel ipsa creata essentia nostra sit Deus, vel imago Dei sit creatura; nos enim creati sumus ad imaginem, id est, vt Dei imaginem suscipiamus.*

*Rusbrochius.*

## *Pourtrait de l'Amour. XV.*

*Ces deux amants, dont les coeurs & les ames*
*Sont deux pourtraits des reciproques flames,*
*De leurs pinceaux se paignent tour à tour,*
*Et ces tableaux sont des miroirs de glaçe,*
*Qui leur font voir leur mutuelle façe,*
*Et les effects de leur parfaict amour.*

*Si al original de amor*
*Le tiene el alma en su pecho*
*Viuo retrato aura hecho.*

De liefde treckt haer eyghen beelt,
In 't hert, 't welck door haer schichten queelt.

## *Echo Amoris.*
## *XVI.*

*+Intensis opus est clamoribus, vt sonet Echo;*
*Dum strepis exiguo murmure, Nympha silet:* +Cat.
*Nympha tacet tacitis; sed surgat ad aethera clamor,*
*Mox responsa tibi, vel geminata, dabit.*
*Vota quid effundis summis innata Labellis?*
*Ad tepidas coelo non patet aula preces.*
*Tende latus clamore, Deus responsa remittet;*
*Hic pia mens, hic vox seruida, pondus habent.*

*+Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. quando fidelis, & + humilis, & feruens oratio fuerit, caelum haud dubio, penetrabit, vnde certum est, quod vacua redire + non possit. propè enim est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. sed vt in veritate eum inuocemus, tria requiruntur. animus scilicet praeparatus, nec aliud agens; corpus submissum & ad humilitatem compositum; & fructus labiorum, id est, vox de imo cordis penetrali emissa, quae si coniungamus, exaudiet procul dubio nos munificus ille parens, si non ad voluntatem, saltem ad salutem.*

+Psal. 3.
+Bernard.
+Psal. 144.

## *Echo de l'Amour.*
## *XVI.*

*Ces deux amants ont vne mesme aureille;*
*Vn mesme Aris, l'vn & l'autre reueille;*
*Vn mesme Amour, esgale leur dessein.*
*Qui rend leur voix si prompte & mutuelle,*
*Que s'il aduient que l'vn des deux appelle,*
*L'autre ne peut que repartir soudain.*

*Es Amor eco del alma*
*Y aun que al parecer s'esconde*
*Luego en llumado responde.*

Liefd' en gheest wtstel noch respijt.
Zy hoort, en andtwordt op een tijt.

## *Incrementum Amoris.*
## *XVII.*

*+AMor neque non statim, neque vehementer ab initio inuadit, neque facilè ingressus decebit, quamuis alatus, sed sensim ingreditur, ac molliter manetqúe diu in sensibus.* *+Plutarch.*

*Indimus arboribus, tenui dum cuspide, carmen;*
*+Vix teneram signat parua litura cutem:*
*Incrementa tamen, vix intellecta, videbis,* *+Cat.*
*Dum peragit tacitis passibus annus iter.*
*Enthea non hederam pietas imitatur Ionae*
*Ferre cui patulas nox dedit vna comas:*
*Parua sides primò, crescit sensim & sine sensu,*
*Paulatimque sacrum spiritus implet opus.*

*Non confusè, sed ordinatè in haec inferiora agit Deus, nec ab vno extremo ad alterum festinè, sed sensim progreditur: non repentino fulgore dies terrarum tractus peruadit, sed praemisso dubiae lucis crepusculo, paulatim.*

*---- Medium sol aureus orbem*
*Occupat, & radijs ingentibus omnia lustrat.*

*Spirituales fidelium progressus planè huiusmodi, nunquam è medijs peccatorum sordibus, ad statum gloriae suos euehit Deus, sed gratiam mediam interiacit. Pictura caepit primo ab vmbris & lineis, deinde monogromata, mox accessit lumen vnà cum colorum varietate, donec ad summum artificij peruenit admirationem, ne igitur animo destituatur pia mens, si lento, dummodo continuo amoris gradu ad vitae renouationem efferatur. omne incrementum etiam latens, credenti & amanti salutare est.*

## *Accroissement de l'Amour.*
## *XVII.*

*Ainsy d'Amour les marques plus legeres,*
*Les traits plus doux, les plus fins caracteres,*
*Se vont formant par vn secret destin;*
*Qui fait qu'amour inimitable maistre,*
*Escrit naissant en fort petite lettre*
*Les grands effets qu'on en veoit à la fin.*

*Amor da vida y aumento:*
*Y assi van sus inpressiones*
*Creciendo en los coraçones.*

De liefde wast, en wel gheluckt,
Als die van ioncx wordt inghedruckt.

## *Meditatio Amoris. XVIII.*

*[+]AGnosce, o anima, Amorem sponsi tui; obstupesce dignationem Saluatoris tui. se inclinauit ad te, vt te eleuaret ad se: humiliauit se propter te, vt te exaltaret in se: depressit se, vt in perpetuum beatificaret te. Cum esset impassibilis Deus, homo factus, infirmatus est propter te. potius miserationem mirare quam poenam: magis charitatem, quam formidinem lauda. non eris ingrata, si beneuolentiam Redemptoris agnoscas, maestitiam itaque illius confitere, pauorem dilige, taedium venerare, de tuo hoc habuit non de suo, pro peccato tuo doluit; fleuit quod non commisit; exhorruit quod non fecit. non enim fecit mortem nec morientium perditione laetatur. ex his, maeroris eius intellige causam, & gratias age, te agnosce in illo, pro illo lachrymare qui doluit propter [+] te. Ama amorem illius, qui amore tui, vulnera, plagas, crucem, mortem ignominiosissimam amauit, & suscepit.*

*[+]L. Iustin.*

*[+]August.*

## *Meditation de l'Amour.*
## *XVIII.*

*Cet Amour immortel mourant pour toy bel ame,*
*Crois tu qu'il ait estaint, son ardeur, ny sa flame,*
*Ou qu'il ne viue plus dedans ce froid tombeau?*
*Quand bie*n *cela seroit, pleure bel ame, pleure,*
*Car si tes pechéz font que ce feu d'Amour meure,*
*Tes larmes le fairont reuiure dans leur eau.*

*A qui jaze a quien amor*
*Por no poderlo la muerte*
*Degollo como mas fuerte.*

Nu schreyt mijn siel, beweent die doot
Van hem, die stierf uyt liefdens noot.

## *Insitio Amoris.*
## *XIX.*

*+ARbor fructifera, ipse Christus in corde nostro per fidem plantatus existit, quam si mens dignè & constanter excolit, fructus interius pulchros & vtiles gignit, quos dum mens capiens auidè comedit, omnes mundi voluptates prae eorum dulcedine postponit. dulce enim est valde sibi caelestia cogitare, in aeternitate oculum intimum figere, vt aliquando in fletibus etiam mens accensa compungatur, & inter lachrymas subleuata Angelorum cibo, ipsâ videlicet sapientiâ, quanto + dulcius tanto auidius pascatur. etenim animae esurienti prae Amore, etiam amara dulcia esse videntur.*

*+Gregor.*

*+Iob. 6.*

## *Entement de l'Amour.*
## *XIX.*

*Arbre d'Amour, que l'Amant mesme plante,*
*Et d'vn surgeon de ses deliçes ente,*
*Quand sera donc la saison de tes fruits?*
*Ce sera lors qu'vne vie plus douce,*
*Libre d'hyuer, d'orage, & de secousse,*
*Faira meurir l'aigreur de mes ennuys.*

*Ponelda de medio en medio*
*Porque el enxerto de Amor*
*Es enxerto superior.*

Wel Inter, wat ist dat ghy doet?
Ick inte vruchten, suer en soet.

# *Vulnus Amoris.*
# *XX.*

*DEus erga dilectam animam instar venatoris sese gerit, anima vero instar ferae. sicut enim venator fugientem feram vulneribus confodit quo capere illam queat; ita & Deus fugientem quodammodo animam & deserentem primum feruorem, sua gratia vulnerat, vt eam sibi advniat. porro quemadmodum ferae illae, quae ferociores sunt, cum vulneratas se sentiunt velocissimo contra ferientem irruunt cursu, fugam ipsam magno impetu conuertentes in eum quem dilaniare contendunt. ita & anima tunc certè ardentius ad Deum conuertitur, tuncq́ue studiosius diuinum inquirit verbum, cum primum ab illo vulnerata, languorem, doloremque sentit ipsorum vulnerum: non quidem vt instar ferarum, illud inimico dilaniet ore, sed vt amico potius deuotionis id osculetur osculo, vtque ipsum complectatur amantissimo charitatis affectu. Nihil potest hoc amoris + vulnere sentiri suauius. hoc vulnere affici certissimum est sanitatis consequendae indicium.*

\+ *Rusbroch.*

## *Playe de l'Amour.*
## *XX.*

*Qui ne diroit, que cest amant me blesse;*
*Mais ie vous dis, plustost, qu'il me caresse,*
*Et que ces traicts, sont la mesme douçeur.*
*Vous n'entendéz, que c'est que me mystere:*
*C'est vn secret que l'Amour seul opere:*
*Qui bande, tire, & blesse sans douleur.*

*O que bien que tira Amor*
*Pues apunta tan derecho*
*Que haze suertes en el pecho.*

Schiet schutter vry, het hert is bloot,
Doorschiet mijn siel, sy heuets noot.

# ***Rapina Amoris. XXI.***

*+QVemadmodum speculum solem ferire nequaquam suo potest lumine, nisi prius sol suis radijs ipsum feriat: idem tamen eidem soli oppositum ad zenith, pluribusue ab eo percussum & vulneratum radijs, ex multis ipsis se vulnerantibus radijs, maioribus cumulatum splendoribus, per retractionem splendidissimum vnum in altu*m *emittit radium, qui rectà tendens ipsummet solem quodammodo ferire videtur: ita & anima sancta ex aduerso Dei constituta, ab ipso prius vulneratur, qui est verus iustitiae sol: tum pluribus diuersarum gratiaru*m *radijs illustrata, charitatisue speculis percussa, radios illos vniuersos, quantum fieri licet, iungens quodammodo in vnum purissimae suae intentionis radium, in altumque illum eiaculans, Deum sanè vulnerat in medio cordis, à quo ipsamet iam vulnerata fuerat. & sicut sol feriens tametsi immuret speculi corpus, nihil tamen verae mutationis speculum in solare corpus causat solem ipsum feriendo. ita reuera nil mutationis in Deo causatur per vulnus quod eius cordi inflictum ab anima est, tamen è vestigio anima ingenti per inflictum à Deo vulnus, charitatis renouatur mutatione, eaque maximè perfectiua.*

*+Ghisler.*

## *Larcin de l'Amour.*
## *XXI.*

*Tu l'as bleßé, prens le, ma douçe archere:*
*Gardé le bien, car la despoüille est chere;*
*Mais ne crois pas de me laisser sans coeur;*
*La mesme loy qui donne, redemande:*
*Et l'Amour veut que le coeur soit l'amande,*
*Que doibt payer vn amoureux voleur.*

*Todo el estudio de Amor*
*Se cifra en hallar razones,*
*Para trocar caraçones:*

Het is ghetreft, ick ben uyt pijn,
Dus gheeft my 't uw', en nempt het mijn.

### ***Languor Amoris. XXII.***

*[+]VBi igitur Amor intus exigit & inuitat ad Dei vnionem, & creatura sese erigens, totum offert, & exhibet quidquid praestare potest, neque tamen ad hanc vnitatem pertingere valet, inde quidam nascitur languor spritualis, ﬁquidem intimis cordis medullis, vbi vitae initium residet, amoris vulnere confectis si obtinere non liceat quod prae omnibus desideratur, permanere autem oporteat vbi esse animus plane recusat, ex his videlicet duobus languor iste conflatur. nam cum Deum adipisci non liceat, neque eo tamen fraudari aut carere animus velit aut possit, ex his duobus in eiusmodi homine quaedam foris & intus existit & oritur aestuosa impatientia, quae quamdiu durat nulla est creatura neque in caelis, neque in terris, in qua illi vel quietem, vel aliquod solatium capere libeat. & haec Amoris aestus, & impatientia cor hominis exedit, eiusque ebibit sanguinem, quae rationi morem gerere & obsequi non vult, donec re amata potiatur. in hoc gradu sensiblis ardor amoris tam ingens est, vt in omni hominis vitâ non sit feruentior, idque adeo, vt absque vllo externo labore corporea hominis natura clam laedatur, & absumatur.*

*[+]Rusbroch.*

*Rusbroch.*

## *Langueur de l'Amour.*
## *XXII.*

*Que croyez vous, chaste espouse, que seruent*
*Les beaux bouquets des fleurs (qui se conseruent*
*A peine vn jour) pour vn mal eternel?*
*Ce medecin l'annonce incurable,*
*Et vostre poux d'vn battement durable*
*Dit, que l'Amour est vn mal eternel.*

*Curad Amor esse mal*
*Que pues vos sois el autor*
*Le sahreis curar mejor.*

Van liefde queel' ick totter doot:
Dijn pulst maeckt kenbaer uwe*n* noot.

## *Impatientia Amoris.*
## *XXIII.*

*+HIc igitur Amor in supremo mentis festigio constitutus diuinae lucis suae radios in sitibundam cordis appetentiam & affectum diffundens, languorem efficit continuum & perseuerantem, ita vt impatienter amare faciat, quae impatientia vbi dominium obtinet, modos omnes superat, nec se aliquo certo modo contineri vel adstringi patitur. siquidem modi omnis expers esse appetit. qui sic amat vehementi cruciatur mortis desiderio, vt à corporis sui carcere absolutus, cum dilecto possit vniri nec atroces poenas flammarum, + lampadum, carcerum, scorpionum, equuleorum, & opprobriorum perpeti formidat, vt gratissimum dilecto possit fieri hollocaustum. quis enim huius sanctae impatientiae valet profectus explicare, animo quippe vires subministrat, mortem despicit, sanctitatem adducit, coaequat martyribus, & caelesti patriâ dignum suum efficit possessorem. opera, namque eo fiunt superno Iudici gratiora, quo ardentiori fuerint facta charitate.*

*+Rusbroch.*

*+S. L. Iust.*

## *Impatiençe de l'Amour.*
## *XXIII.*

*Rompons, rompons ceste prison fascheuse,*
*Sortons, sortons de ceste vie honteuse,*
*Et que la mort detache ce chaisnon;*
*Il vaut bien mieux, cher amour, de te suiure,*
*Puis que celuy qui sans amour veut viure,*
*Il faut außi qu'il viue sans raison.*

*Todo muere con la muerte:*
*Pero la vida de Amor*
*Muriendo viue mejor.*

Mits liefde alleen hier in ons leeft,
Soet is die doot die 't leven gheeft.

## *Desiderium Amoris.*
## *XXIV.*

*+AMor desiderijs nutritur, desideria autem ab amore tanquam calor ab igne prodeunt. & sunt veluti ignita iacula quae cor amantis in amatum sagittat, quare absque magnam remunerationis mercede esse non poterit quisquis sancto desideriorum + ardore accensus extiterit. parum quippe operatur, quamuis multa agat, qui non amplius agit affectu quam actu. non meruit secreta scire caelestia, Propheta Daniel, quia ieiunauit, sed quia concupiuit, dicente Angelo, ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es. & quis potest verbis propalare sanctorum desideria? soli experti norunt amantium affectus, quam saepe desiderio patiuntur, dilaniantur, vruntur, occumbunt. quod si liceret, non segnius sustinerent actu, quam desiderijs concupiscant. immensa est Amoris vis, & nullo abbreuiata fine, quae sicut nutritur de se, ita dilatatur in se, non alieno indiget adminiculo, sibi ipsi sufficit, dum virtutem suam exercere valet.*

*+L. Iustin.*

*+Idem.*

## *Desir de l'Amour.*
## *XXIV.*

*Que ne peut elle pas ceste flame diuine,*
*Qui au fond de mon coeur, au sein de ma poictrine,*
*Sans le pouuoir cacher, s'y est ouuert le iour?*
*Combien est il heureux, celuy qui la desire,*
*Et mourant comme moy, en son ardeur expire,*
*Essayant ce que peut l'embrassement d'Amour.*

*Aritficio es del amor*
*Que en el cielo los suspiros*
*Hagan effeto de tiros.*

Den Hemel siet mijn soete minn'.
Vliech op mijn hert, en treckt daer in.

## ***Martyrium Amoris. XXV.***

*[+]QVi Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. sed o anima, quam suauis tibi haec crux; quam dulces claui, quam incunda extensio,* *[+]Galat. 5.* *quam acceptus malleus, quam blanda percussio, quam interfectio leniens, [+] quam suauis mors! per meditationem commorans in Christi tormentis, te ipsam non* *[+]L. Iustin.* *vides, sed in te Deum intueris. conspicis Dominum tuum passum & dum cum illo vis crucem baiulare ipse in corde portat coelum, terramque pugillo tenentem & pro te leuissimè sustinet omne onus. vis cum illo coronari, & spe gloriae coronaris. vis cum illo in ligno sine vestimentis frigere; & nimio amoris ardore succenderis. vis cum illo acetum gustare, & vino inenarrabilis dulcedinis potaris. vis cum ipso tristari, & laetaris. vis cum illo affligi, & consolaris. cum patiente vis pati, & nimium incundaris. cum Christo vis in cruce pendere, & te dulcissimè Christus amplexatur. cum illo vis faciem, mortis pallore praefusam, inclinare; & caput tuum Christus eleuans suauissimè osculatur. O Mors amabilis! O delectabile maryrium! cuius author est Amor.*

## *Martyre de l'Amour.*
## *XXV.*

*Crois moy, Amour, qu'il m'en faut souuent rire,*
*Quand les Amants t'appellent vn martyre;*
*Car s'il est vray, ton martyre est bien doux:*
*Si c'est vn mal, plus grand ie le desire,*
*Et ta douleur, ie veux bien qu'elle empire;*
*Car ie me plains, si ie n'ay de te coups,*

*Si los tormentos de Amor*
*Son tan dulces que enamoran*
*Con poca razon se lloran.*

Geneest dijn arm, lief, als ghy slaet?
Wat werdet als t'omhelsen gaet?

## ***Triumphus Amoris. XXVI.***

*+AMor in perpetuum coronatus triumphat incoinquinatorum certaminum praemium vincens.* *+Sap. 4.*

+

*+Hymn. Dom. pass.*

*Pange lingua gloriosi, praelium certaminis,*
*Et super Crucis trophaeum, dic triumphum nobilem,*
*Qualiter Redemptor orbis, immolatus vicerit.*

*+Vexilla Regis prodeunt.*
*Fulget Crucis mysterium*
*Quo carne carnis Conditor*
*Suspensus est patibulo.*

*+Hymn. Dom. Pass.*

*Quo vulneratus insuper*
*Mucrone diro lanceae,*
*Vt nos lauaret crimine*
*Manauit vnda & sanguine.*

*Impleta sunt qua concinit*
*Dauid fideli carmine,*
*Dicens in nationibus*
*Regnauit à ligno Deus.*

## *Triomphe de l'Amour.*
## *XXVI.*

*Voycy qu'Amour apres tant de thophées,*
*Tant d'inuentions de guerres & meslées,*
*Triomphe vn iour, & se fait voir vainqueur;*
*Et les Amants qui auront volu suiure*
*Son estandart, pourront à iamais viure*
*Et posseder vn eternel bonheur.*

*Bien puede trunfar amor:*
*Pues de todas sus faënas*
*Sale con las manos llenas.*

Alle die volghen 's liefden glans,
Sullen vercrijghen 's liefden crans.

## *Sacrificium Amoris.*
## *XXVII.*

*+FIli praebe mihi cor tuum. sicut ego me ipsum, expansis in cruce manibus, & nudo corpore pro peccatis tuis Deo Patri spontè obtuli, ita vt nihil in me remaneret, quin totum in sacrificium diuinae placationis transiret: ita debes & tu cor tuum, & temetipsum mihi voluntariè in oblationem puram & sanctam quotidie cum omnibus vocibus & affectibus tuis quanto intimius voles, + offerre, quid magis à te requiro, quam vt cor tuum studeas mihi ex integro resignare? quidquid praeter te, & cor tuum das, nihil curo: quia non quaero datum tuum, sed te. sicut non sufficeret tibi, omnibus habitis, praeter me; ita nec mihi placere poterit, quidquid dederis, te & corde tuo non oblato. offer cor tuum mihi, & da te totum pro Deo, & erit accepta oblatio. si autem in te ipso steteris, nec spontè te ad voluntatem meam obtuleris, non est plena oblatio, nec integra erit inter nos vnio. igitur omnia opera tua praecedere debet spontanea cordis & tui ipsius in manus Dei oblatio; si libertatem consequi vis & gratiam. ideo enim tam pauci illuminati, & liberi intus efficiuntur, qui seipsos ex toto abnegare nesciunt; tu ergo si optas meus esse discipulus, offer cor tuum, & teipsum mihi cum omnibus affectibus tuis.*

*+Prou. 23.*

*+Thom. à Kemp.*

## *Sacrifice de l'Amour.*
## *XXVII.*

*L'Amour en fin content de sa victoire,*
*Estant aßis sur l'autel de sa gloire,*
*Pour reçeuoir des offres & des veux:*
*L'Ame qui est gagée à son seruice,*
*Son propre coeur luy donne en sacrifice,*
*Et le victime à ardeur de ses feux.*

*Los antojos del Amor*
*No hallan fruta de sazon*
*Si no la del coraçon.*

Een banghich en vernedert hert',
Van Godt niet wedersien en wert.

## *Inuincibilitas Amoris.*
## *XXVIII.*

*QVis me separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia, an fames, an nuditas, an + periculum, an persecutio, an gladius? an aquae multae? scio quod neque aquae multae, neque tentationes profundae & mangnae non poterunt extinguere charitatem, imo magis accendunt eandem, + sicut aqua in magno igne proiecta, ipsum facit feruentiorem. non est autem mirum; si ignis charitatis, cum perfecta sit maximè, non possit aquis tentationum extingui, cum & quidam ignis materialis sit qui graecus nominatur, qui non potest aquis naturalibus extingui, sed quomodo posset extingui, quandoquidem Deus est cum illâ? + audi Esaiam. cum petransieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. si ergo aquae multae, aquae, inquam, persecutionum, aquae multarum aerumnarum non possint extinguere charitatem, certus sum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque + instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit me separare à charitate Dei, quae est in Iesu Christo Domino nostro.*

+*Ad Rom.*

+*Vgo.*

+*Esai. 44.*

+*Ad Rom.*

## *Inuincibilité de l'Amour.*
## *XXVIII.*

*Ame veux tu sçauoir ce que l'Amour scait faire?*
*Le voicy qu'il s'accroit mesme par son contraire,*
*Ne diras tu donc pas qu'Amour est tout puißant?*
*Adioustons celuy cy aux miracles du monde*
*Auquel se veoit le feu viure au milieu de l'onde,*
*Si bien que l'on diroit, qu'ils sont vn elemant.*

*Si se enciendo bien amor*
*Llueua el cielo, y moxe el mar*
*Que nole podran matar.*

De siele en is niet ongherust,
Dat 't water, 't vier der liefden blust.

## *Libertas Amoris.*
## *XXIX.*

+*CAEli & cellae habitatio cognata est; & quemadmodum ad invicem videntur habere aliquam cognationem nominis sic & pietatis, â cellâ enim saepè ad coelum ascendimus. ipsa enim est sponsi reclinatorium, Amantium aula, virtutum custos, tranquillitatis portus, additamentum pacis,* + *medela vitiorum, contemplationis locus, tabernaculum faederis, nuptialis thalamus, portus irriguus, paradisus delciarum, coeli ianua schola scientiae, conscientiae cathedra, magistra silentij & spiritualis scala vsque ad polorum alta pertingens. in ea si quis absque torpore persistit, fugit lites, nescit odia, detractioni non vacat, temeraria iudicia minimè facit, abhorret ocium nec veretur mortem.*

+*Bernard.*

+*L. Iustin.*

*Eia, Anima, quae temetipsam Deo vouisti vt solitariae vitae perfectionem apprehendere valeas, cellulae habitationem dilige, illam tene, illam amplectere, de eâ nisi vrgente necessitate rationabili, seu corporis impellente infirmitate vel fraternâ suadente charitate exire noli. in ea sint tuae spirituales deliciae atque interna solatia: & sine dubio cum Amor duxerit te in solitudinem, Dominus loquetur ad cor tuum, elonga ergo fugiens & mane in solitudine, si veram libertatem spiritus assequi concupiscis.*

## *Liberté de l'Amour.*
## *XXIX.*

*Puis que i'estois iadis prisonniere à moy mesme,*
*Et qu'amour maintenant me la faict de qui i'ayme,*
*Qu'ayie fait en effect que changer de prison?*
*Mais si l'on peut jamais gaigner à quelque change,*
*Qui d'homme que i'estois me verra viure en ange,*
*S'il dit, que i'ay gaigné, n'aurat-il pas raison?*

*Assi lo manda el amor*
*Que estè la carne cautiua*
*Y que el alma libre viua.*

Ghy, die des lichaems banden siet,
En siet der sielen vrijheyt niet,

## *Iubilatio Amoris.*
## *XXX.*

*+DVm se, bona quaepiam anima & internae vitae dedita, in seipsam intrò recipit, vacans & absoluta ac expedita à quibuscumque rebus terrenis, & cor habens superius reuerenter apertum erga aeternam bonitatem Dei, hîc iam occultum patet caelum & ex diuinae charitatis vultu repentina lux quaedam, instar fulguris, in eiusmodi cor patulum irradiat, & in eâ luce spiritus Domini eidem amanti, patientique cordi sic loquitur. ego, sum tuus, o homo, & tu meus es. hinc oritur Iubilatio quae est cordialis amor & ardens deuotionis flamma, cum laude & gratiarum actione, perpetuâque reuerentiâ & veneratione erga Deum, quae maximè perficitur in chordis & organo, in + cymbalis bene sonantibus, in cymbalis iubilationis. nam plerisq; somes est amoris musica. sit igitur Iesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.*

*+Rusbroch.*

*+Menand. Bern.*

## *Iubilation de l'Amour. XXX.*

*Amour maistre des chants se rend l'ame Chrestiene*
*Pour son contentement parfaite Musiciene,*
*Et veut qu'elle ait tousiour à chanter en son choeur.*
*Il cherit tant ses airs, qu'aussy tost qu'elle chante*
*Vous diries à le veoir, que cestre voix l'enchante*
*Luy suspendant l'esprit & rauissant le coeur.*

*O que bien cantais amor*
*Pero para mi esse canto*
*Yo le tengo por encanto.*

Als d'een lief, ende d'ander queelt,
Het eene singht soo d'ander speelt.

## ***Sympathia Amoris.***
## ***XXXI.***

+*Vetus verbum est, similitudinem amoris auctorem esse.* +*Plat.*

+*Chorda manu non tacta tremit, non mota susurrat,* +*Cat.*
*Quid mirum? quod amat, sentit adesse sibi.*
*Te video mea lux, nec te mea lumina cernunt;*
*Audio te, loquitur cum tua lingua nihil:*
*Sentio te, nec me tua dextera contigit. i nunc*
*Et cordi, quod amat, numen inesse nega.*

+*EXperientia notum est arcanam quandam & occultam inter homines esse naturarum assinitatem aut odium, vel naturae quâdam occultâ vi, vel astrorum influentiâ, vnde sit vt aliquis ab altero toto pectore abhorreat in alterum vero propensus sit, nec rogatus causam. dicere posset cur hunc amet, illum oderit iuxta illud Catulli.* +*Cyprian.*
+

+*Cat.*

*Non amo te, volusi, nec possum dicere quare,*
*Hoc tantum possum dicere, non amo te.*

+*Si datur sympathia quaedam amoris, in humanis; multo maior datur in diuinis. nam sicut lapis naturali pondere fertur deorsum, sicut spiritus noster fertur in Deum, vnde maxima est inter Deum & animam sanctam, amoris sympathia.* +*Bonauent.*

## *Sympathie de l'Amour.*
## *XXXI.*

*Que veut dire, o amour, que lors que tu accordes*
*Les luths plus differents, les plus diuerses cordes,*
*L'on n'entend qu'vne vois, qu'vn ton, qu'vn instrument?*
*Est ce, que deux amants, n'ont qu'vne seule vie,*
*Vn accent, vn esprit, vn air, vn harmonie,*
*Vn aureille, vn amour, vn mesme sentiment?*

*Aunque son dos los oydos*
*Como es vno el coraçon*
*No se oye mas que vn son.*

Als minnaers missen van een snaer,
De liefde wordet strackx ghewaer.

## *Speculatio Amoris. XXXII.*

*HIc extollit Deus animam supra omnem discursum,* + *& ratiocinationem velut in quandam speculam & ibi faculam splendidissimam accendit sapientie, & perfectiones suas, aut mysteria humanitatis Christi, aut saeculi aut bonorum eius vilitatem, aut aliquam scripturarum veritatem, aut quaedam ad maiorem mentis puritatem pertinentia, inspicienda proponit. statuit Dominus speculam, quia animam ad superiora eleuat. & statuit anima ipsa sibi speculam, quia auxilio Domini eleuata, intelligentiam ad coelestia subleuat, intellectus luce illa quasi vno intuitu & in ictu oculi, Deum (vt aiunt) sibi astantem & animae praesentem videt, eo modo, qui explicari non potest, & ac si in tabella pulchram imaginem depictam videret, sic simpliciter eius perfectiones intelligit, videt Deum esse incomprehensibilem naturam in suo esse: simplicissimam puritatem in suâ sanctitate: inscrutabilem profunditatem in suâ sapientiâ: inaccessibilem, altitudinem in sua excellentia; ineffabilem latitudinem in sua charitate: infinitam longitudinem in sua aeternitate. esse clarissimam caliginem, plenissimam solitudinem, abundantissimam simplicitatem, creaturarum requiem, & commune gaudium sui ipsius & omnium Angelorum atque Sanctorum. Alu. paz. de grad. cont.*

+*Alu. Paz.*

## *Speculation de l'Amour.*
## *XXXII.*

*Quand tu vois ce miroir, qui dans sa belle glace,*
*De deux amants vnis represente la face,*
*Ne crois pas que ce soit leur plus grande vnion:*
*Car celle de l'amour, par sa metamorphose,*
*De leurs esprits diuers, fait vne mesme chose,*
*Qui est le point de dernier de sa perfection.*

*Los rostros que amor retrata*
*Se pareçen; por que son*
*Retratos del coraçon.*

Den spiegel paert, en 's liefden oogh',
Elcx voorworp, met elcx wedertoogh.

## *Caligo Amoris.*
## *XXXIII.*

*CAnis est symbolum odoris, oder est symbolum fidei; anima hoc cane dicitur, quę nudâ fide absque vllâ intellectus operatione, immediatè per adorem amoris mouetur ad contemplandum Deum & constituitur in quadam caligine, quae non potest ratione aut intellectu comprehendi, in quâ amorosa* [+] *anima experiri incipit, quod omnis illa contemplans & intuitiua cognitio quae praecessit in imaginibus & similitudinibus, & etiam omne quod per intellectum humanum & cogitationem nudam imaginari valet, ab ipsa veritate diuinae essentiae in infinitum suâ dissimilitudine distant. Hinc intellectualem oculum denudans à corporalibus, spiritualibus & etiam diuinis imaginibus, quantumlibet sublimes & nobiles fint, ingreditur caliginem, vbi in quâdam Dei perfectâ ignorantiâ constituitur, velut inter duas mensas, ibique fame potius perire eligit, quam descendere ad mensam inferiorem, vbi Deus in imaginibus & similitudinibus cognoscitur: ad mensam vero superiorem vbi Deus in nudâ sua essentiâ cognoscitur adire non permittitur. sic igitur manet in nudâ caligine & nihileitate cogitationis suae, immediatè coram ignotâ gloriosâ diuinitatis praesentiâ.*

[+] *Harp.*

## *Nuict de l'Amour.*
## *XXXIII.*

*Quand la splendeur de la vermeille aurore,*
*Et le soleil qui luy succede, & dore*
*Tout l'vniuers, refuseroit le jour;*
*Ie ne veux pas, pour faire ma carriere,*
*D'autre clarté, conduitte, ny lumiere,*
*Que le flambeau & guide de l'amour.*

*Como el amor es tan ciego*
*Para que vaya contiento*
*Le guia el entendimiento:*

Treedt sacht, o lief, eens omme siet,
Want ander licht en hebb' ick niet.

## *Praesentia Amoris.*
## *XXXIV.*

*[+]EGo erraui sicut ouis quae perierat, quaerens te exterius, qui es interius: & multum laboraui quaerens te extra me, & tu habitas in me, si tamen ego desiderem te. circuiui vicos & plateas ciuitatis huius mundi quaerens te, & non inueni, quia malè quaerebam foris, quod erat intus; misi nuncios meos omnes sensus exteriores vt quaererem te, & non inueni, quia malè quaerebam. video enim lux mea Deus, qui illuminasti me, quia malè te per illos quaerebam, quia tu es intus, & tamen ipsi vbi intraueris nesciuerunt. serò te amaui pulchritudo tam antiqua vt tam noua. serò te amaui, & tu intus eras, & ego foris, & ibi te quaerebam, & in ista formosa quae fecisti ego deformis irruebam. mecum eras & tecum non eram. ea me tenebant longe à te quae esse non poterant nisi in te, circuibam enim omnia. quaerens te & propter omnia derelinquens me. at nunc illuminasti me, & vidi te, & amaui te, & cognoui te, sed qualiter cognoui te. cognoui te in te. congnoui te, non sicut tibi es, sed cognoui te sicut mihi es, & non sine te, sed in te, quia tu es lux quae illuminasti me.*

*[+]August.*

## *Presence de l'Amour.*
## *XXXIV.*

*Si chercher sans trouuer est vne peine grande,*
*Vous cherchant hors de moy, i'ay bien payé l'amande*
*Et reßanty le mal de mon aueugle erreur.*
*Car puis qu'on dit qu'amour n'est qu'es lieux qu'il anime,*
*I'aduoüe qu'en effect ie ne pouuois sans crime,*
*Vous chercher Cher amour qu'au milieu de mon coeur.*

*No busqueis al amor fuera*
*Que para hallarle en su centro*
*Aueis de buscar le dentro.*

Ick socht u, Liefde, verr' en by
Van buyten, en ghy waert in my.

## ***Curiositas Amoris. XXXV.***

*O Anima, quae nunc tam pretiosum thesaurum detexisti! quae Deum in intimis cordis penetralibus inuenisti, quae sponsum tuum dilectissimum + in fundo animae possides, omni naturali inuestigationi renuntia; operationes sensuum & cognitionem rerum tum sensibilium tum intelligibilium derelinque; & ignotè ad eius visionem consurge, qui est super omnem substantiam & cognitionem.* *+Dionys.*

*+Quid tractarè manu, quid cernere, virgo, requiris?*
*Quaeque tenere manu, quaeque videre nefas.* *+Cat.*
*Sacra Dei reuerenter habe; quid faederis arcam*
*Tangis? iô, cohibe stulta puella manus.*
*In multis nescire iuuat, sciuisse nocebit,*
*Saepe perire fuit, quod reperire vocant.*

*Quemadmodum omnium rerum, sic & scientiae quoque intemperantiâ laboramus. Deus melius + scitur nesciendo, quaeque illi occulta esse voluit, minimè scrutanda sunt. absit ergo illicita ac otiosa curiositas, sobrius intellectus in omnibus aptior est, reficit quippe animam nec grauat mentem.* *+August.*

## *Curiosité de l'Amour. XXXV.*

*Ainsy veoit on souuent, que le bien qu'on possede,*
*Par vn desir trop vain se perdant sans remede,*
*Instruit l'ame à ses frais, l'apprend à ses despens;*
*Si nous ne croyons pas, ce que la foy asseure*
*D'autant qu'on ne le veoit, n'est ce pas à mesme heure*
*Faire mourir la foy, pour animer les sens?*

*De los misterios de amor,*
*Quien apelare al sentido,*
*Perdera lo posseïdo,*

Siende naer den verborghen schat,
Verloos ick al dat ick besat.

## *Quies Amoris.*
## *XXXVI.*

*INdex magneticus nunquam consistit nisi septentrionem versus sese mouerit, ac in fidus illud polare aciem fixerit. nusquam animo humano quies nisi in Deo. quemadmodum enim quaelibet res dum perfectionem adipiscitur illique coniungitur, in quiete est; sic spiritus noster, dum + vnitur & coniungitur summo perfectibili, vt quietetur, necessè est. haec est illa terra promissa quę ore domini vocatur requies, ad quam anima perfecta + suspirat. eam cupiebat Augustinus quando sic clamabat ad dominum: quiescat in te Deus meus cor meum: cor meum enim est Mare magnum + tumens fluctibus. tu qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquilitas magna, veni & ingredere super fluctus cordis mei, vt tranquilla & serena fiant omnia mea, quatenus te vnicum bonum meum amplectar sine tumultuantium cogitationum caecâ caligine, confugiat, domine, mens mea, sub vmbrâ alarum tuarum, ab aestibus cogitationum huius saeculi, vbi in tui refrigerij temperamento absconsa, laetabunda cantet & dicat: in pace in id ipsum dormiam & requiescam. dormiat igitur obsecro memoria mea ab omnibus malis. vt te perfectè frui merear.*

+*Gerson.*
+*Ps. 94.*
+*Augustin.*

## *Quietude de l'Amour.*
## *XXXVI.*

*Si l'aiguille au quadrant, d'vn mouement extreme,*
*Vat recherchant l'aimant, qu'vniquement elle ayme,*
*Sans reposer que lors qu'elle at trouué le nort.*
*Comment deuroit le coeur d'vn ame bien aymante*
*Chercher l'amour de Dieu qui seul la rend contante,*
*Lors qu'elle at en son sein, trouué l'aimant plus fort.*

*Si en los braços del amor*
*Rendida el alma se acuesta*
*Que dulce tendra la fiesta?*

De siele is slecht, den mensch is sot,
Als sijnen gheest rust buyten Godt.

## *Vnio Amoris.*
## *XXXVII.*

*+QVies animae quae aliquam vnionem cum Deo praesupponit, solet in perfectam transire vnionem. vnio vt ipsum nomen sonat, nihil aliud est, quam id, quo, ex duobus vel pluribus vnum sit. vnio haec animae cum Deo non sit in substantiâ, quasi significet, quod Deus sit intimè praesens animae, ita vt anima suum proprium esse amittat & + conuertatur in Deum; sed celebratur in viribus animae nimirum in intellectu & affectu, estque + donum, quo Deus in ipso fundo atque intimo animae, clarissimâ luce se illi praesentem & eam intuentem ac tenerrime diligentem ostendit. quo memoria ipsius animae huic Deo sic sibi manifestato tenacissimè adhaeret, ita vt (vnione durante) ab eo auelli separarique non possit: intellectus enim clarissimâ luce sapientiae inspicit, & vt quoddam totum, in quo est omne bonum, vel secundum aliquam, vel aliquas perfectiones intelligit, ita vt ab eo in aliquid aliud diuerti nequeat, voluntas ardentissimo amore constringit, qui instar ignis erumpens omnia videtur absumere, ita vt anima iam in se non viuat, neque actionibus sponsum toto affectu transeat, à quo arctissimo appraehensa est complexu.*

*+Aluar. Paz.*
*+Gerson.*
*+Aluar. Paz.*

## *Vnion de l'Amour.*
## *XXXVII.*

*Ce forgeron est vn habile maistre,*
*Qu'elle vnion ne peut il faire naistre,*
*Es coeurs qui sont vrayement amoureux?*
*C'est luy qui veut, que les amants maintiennent,*
*Que l'Amour fait que deux coeurs vndeuiennent,*
*Et que chascun puisse deuenir deux.*

*En el crisol del amor*
*Se labran los eslabones,*
*Para ensartar coraçones.*

Men sal dese herten noyt sien scheen,
Die liefde poocht te maecken een.

## *Dulcedo Amoris. XXXVIII.*

*[+]BEnignissimus Dominus qui totum hominem diligit, & non solum animae, potioris partis nostrae, verum & corporis rationem habet; in mens â contemplationis vtrique cibum, quo reficiatur, apponit. animae parat lucem intelligentiae, feruorem Amoris & spirituales delicias: corpori vero ac sensibus eius ineffabilem suauitatem, quae & magna & pura, [+] & efficax & generalis est. Magna, que omnes alias corporeas voluptates ex rebus sensibilibus exortas, admodum superat. pura, quae nihil habet, quod spurcitias & vilitates carnis periturae & impuri corporis sapiat. efficax, quae ipsum corpus aliquando ita roborat & confortat, vt dura & difficilia, & supra omnem imbecillitatem humanam ardua sustineat. generalis, quae totum corpus peruadit, & viuifico quodam ac purissimo calore complet, & sensus omnes quasi conuenientissimis & propijs obiectis [+] afficit. Haec est illa vberum suauitas, haec est illa Amoris dulcedo, quae S. Stephano lapides torrentis dulcorauit; quae craticulam S. Laurentio dulcem fecit: quae ipsos Apostolorum Principes sic repleuit, vt pro ipsa Crucis patibulum vnus eligeret, alter quoque ferienti gladio caput supponere non timeret. pro hac emendâ, Bartholomaeus propriam pellem dedit: pro hâc quoque gustandâ, veneni poculum intrepidus Ioannes potauit. Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti, timentibus te! omnes igitur gustate & [videte quoniam suauis est Dominus].*

[+]*Alu. Paz.*

[+]*Idem.*

[+]*August.*

## ***Douceur de l'Amour. XXXVIII.***

*Silençe icy mon coeur, silençe foible plume,*
*Il ne faut pas qu'icy, tant soit peu, tu presume,*
*Ton vers est begue icy, muet est ton discour,*
*Laißés dire à l'Amour, laißés parler l'Amante,*
*Car aussy bien celuy qui ne l'experimante,*
*Ne peut, ne vaut, ne sçait, ce quicy fait l'Amour.*

*Este amor cria con sangre*
*Y porque haga prouecho*
*La derrama por el pecho.*

Hy vyndt, die aen dees borsten weydt,
Hier rust, en naemaels salicheyt.

## *Extasis Amoris.*
## *XXXIX.*

*[+]EGo Dormio, & cor meum vigilat. hic somnus est veluti quaedam imago gloriae, in quo anima purissimâ voluptate perfruitur, & tanquam in mollissimo cubili soporatur. neque ibi segnis sit sed magis diligens & sollicita vt discedente somno munditiae propriae & diuinis laudibus curiosius insistat. Amor enim Dei cum pura intelligentia cogniti inebriat mentem & ab exterioribus abstractam, suauitate Deo coglutinat & coniungit. & quanto Amor vehementior & intelligentia lucidior, tantò validius in se mentem rapit, quousque tandem omnium quę sub Deo sunt, plenè oblita, in solo diuinae contemplationis radio liberè [+] figatur. anima quae perfectè dormit & alto somno in extasi quiescit, nec concupiscentiam illicientem neque ignorantiam culpantem sentit; imo & mortua est, non eâ morte, quae à Deo separat, sed eâ, quae Deo coniungens sanctissimam vitam Amoris conciliat. Mortua est, & vita eius abscondita est cum Christo in Deo.*

*[+]Cant. 5. Alu. Paz.*

*[+]Idem.*

## *Extase de l'Amour.*
## *XXXIX.*

*O doux sommeil, qui tient l'ame rauie,*
*Sans que le bruit, la rage, ny furie*
*De ces esprits puisse esueiller ses yeux:*
*L'Amour luy est fidelle sauuegarde,*
*Et son Amant heureusement la garde*
*Contre l'effort de tous ces enuieux.*

*Aunque teneys enemigos*
*Dormid alma sin cuydado*
*Que el amor teneys al lado.*

Ick slaep gherust den soeten nacht
Als mijnen minnaer houdt de wacht.

## *Raptus Amoris.*
## *XL.*

*+RAptus est mentis excessus, quo anima per violentiam quandam à sensibilibus auellitur & ad diuinorum inspectionem & amorem eleuatur.* *+Alu. paz.*

*Est res haec in initio plena timoris atque formidinis; quoniam anima in se existens nescit quomodo, quasi à corpore seiungitur, & à suis sensibus abscinditur, & in quandam regionem peregrinam, sibiq*ue; *penitus incognitam, non tam ducitur, quam trahitur. in hoc autem posita est essentia raptus, quod anima, contra modum suae naturae ita celeriter & potenter ad superiora feratur. habet quidem illa propensionem gratia confortatam, vt Deum cognoscat, & diligat; sed ille modus pergе*ndi *in Deum sine adiutorio sensuum, & cum tantâ spiritus vehementia, est illi prorsus nouus, & à pusillitate naturalis conditionis alienus. + talis fuit raptus S. Francisci, qui visus est nocte, manibus ad modum crucis protensis, toto corpore subleuatus à terrâ,* *+Bonauent.* *& nubeculà quâdam falgente circumdatus, vt illustrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perlustratio testis esset.*

*+Emissa similitudo manus apprehendit eum in concinno capitis sui; & eleuauit eum spiritus inter terram & coelum, & adduxit eum in Hierusalem in visione Dei.* *+Ezech. 8.*

## *Rauissement de l'Amour.*
## *XL.*

*Aynsi d'vn trait secret & d'vn pouuoir extreme,*
*Me vat ce cher amour rauissant à moy mesme*
*Et sortant mon esprit de la sphere des sens.*
*Rompons nostre prison, deliurons nous mon ame,*
*Laissons ce corps grossier, ne souffrons pas le blame,*
*De n'estre (l'ayant peu) sortiz de ces liens.*

*Dexad alma aca la carne,*
*Que la essentia del amor*
*Sin ella se ve mejor.*

Hop' en Gheloof mijn vleughlen zijn,
Als Liefde raeckt het herte mijn.

## *Intuitio Amoris.*
## *XLI.*

*EX his Amoris effectibus & contemplationis gradibus, non habet anima Sancta quo amplius* [+] *ascendat, nisi ad claram & facialem visionem Dei; quae licet alterius vitae sit, ad quam tendimus, & pro qua adipiscenda suspiramus, iure optimo, & Amoris finis, & vltimus contemplationis gradus ponitur, quoniam est supremum & perfectissimum quo Deus possidetur, & in quo mens intellectu & affectu collocatur.* [+]*Alu. Paz.*

[+]*Cum ergo, Domine, peruenerimus ad te sapientiae fontem, ad te lumen indeficiens; ad te lucem inextinguibilem; vt te non iam per speculum in aenigmate; sed facie ad faciem videamus, tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum; quia nihil erit exterius quod desideretur, nisi tu Domine summum bonum; qui eris praemium beatorum, & diadema decoris eorum, & laetitia sempiterna super capita eorum: pacificans eos intus & extra in pace tuâ, quae exsuperat omnem sensum. ibi videbimus, amabimus & laudabimus: videbimus in lumine tuo lumen tuum; tu'es quippe lumen, in cuius lumine videbimus lumen; te scilicet in te, in splendore vultus tui, quando te videbimus facie ad faciem.* [+]*August.*

*Vidisti effectus vtriusque Amoris, o Anima! vidisti vtriusque sinem, maerorem & gaudium, poenam & gloriam. Ama ergo amore illo, cuius finem appetis. Si malè amaueris, damnaberis. Si benè amaueris, coronaberis.*

*FINIS.*

## *Vision de l'Amour.*
## *XLI.*

*Par vn instinct secret l'aigle ayme la lumiere,*
*Et sa felicité consistant en sa sphere,*
*Ses yeux sont attachez aux rayons du soleil.*
*Par vn destin heureux m'incline la naissançe*
*A regarder l'amour, & chercher son essan*
*D'vn regard eternel & mouuement pareil.*

*Silentio pluma atreuida,*
*Que no cabe en la razon,*
*El primor desta vision.*

Van liefde den volcomen loon,
Is, hem te sien in sijnen troon.

*FINIS.*

## *Errata.*

Folio 4. lin. 22. charitas, lege claritas. fol. 5. li. 3. l'arcin, leg. larcin, f. 6. l. 13. reaccendetur, l. reaccenditur. f. 15. l. 3. haue, l. saue. fo. 22. l. 14. enim, l. etiam, fo. 30. l. 3. inuenite, l. inueniri, fo. 33. l. 3. escarmentis, l. escarmenteis, f. 37. l. 4. la, l. le. f. 48. l. 16. efluant, l. effluant, f. 50. l. 10. deuiserunt, l. diuiserunt. f. 53. l. 6. qu'ou, l. qu'on, fo. 58 l. 20, teipsam, l. teipsum, f. 68. l. 1. laedit, l. ludit, f. 65. l. 3. dexcansa, l. descansa, f. 70. Amnima, l. anima, fol. 76. l. 13. laedaturus, l. laedaturue, f. 78. l. 10. domicilla*m*, l. domicellam, f. 80. l. 2. quidque, l. quidue, f. 82. priorem, l. peiorem, f. 89. en, l. &. bis, f. 92. l. 13. quos similes, l. quis similis. f. 93. l. 1. beriferie, l. bergerie, eod. fo. l. 2. begerie, l. bergerie, fo. 95. lin. 20. ponderali, l. ponderati, f. 112. l. 10. receptabiles, l. receptibiles, fo. 119. l. 2. Aris, l. eris, fo. 135. l. 6. l'embrassement, l. l'embrasement, f. 140. l. 8. vocibus, l. viribus. eod. voles, l. vales.

## *Table des Emblemes.*
## *Du Primier Liure.*

### A.


| | | |
|---|---|---|
| *Amour diuin* | } de l'Amour. | 2 |
| *Amour humain* | } de l'Amour. | 3 |
| *Aduis* | } de l'Amour. | 19 |
| *Aßiduité* | } de l'Amour. | 27 |
| *Arrest* | } de l'Amour. | 35 |
| *Attrappe* | } de l'Amour. | 34 |


### B.


| | | |
|---|---|---|
| *Babylon* | } de l'Amour. | 5 |


### C.


| | | |
|---|---|---|
| *Censure* | } de l'Amour. | 11 |
| *Competence* | } de l'Amour. | 7 |
| *Comptoir* | } de l'Amour. | 13 |
| *Conqueste* | } de l'Amour. | 18 |
| *Contrepoison* | } de l'Amour. | 42 |
| *Conuoitise* | } de l'Amour. | 15 |
| *Credulitê* | } de l'Amour. | 12 |
| *Cribrement* | } de l'Amour. | 8 |
| *Cure* | } de l'Amour. | 30 |


### D.


| | | |
|---|---|---|
| *Definition* | } de l'Amour. | 1 |

| | | |
|---|---|---|
| *Denreés* | } de l'Amour. | 10 |
| *Diuision* | } de l'Amour. | 1 |


**E.**

| | | |
|---|---|---|
| *Etimologie* | } de l'Amour. | 1 |


**F.**

| | | |
|---|---|---|
| *Fieure* | } de l'Amour. | 24 |
| *Folie* | } de l'Amour. | 36 |
| *Fragilité* | } de l'Amour. | 38 |

**H.**


| | | |
|---|---|---|
| *Hierusalem* | } de l'Amour. | 4 |


**I.**


| | | |
|---|---|---|
| *Inconstance* | } de l'Amour. | 39 |
| *Instance* | } de l'Amour. | 29 |
| *Instruction* | } de l'Amour. | 37 |


**L.**


| | | |
|---|---|---|
| *Lacet* | } de l'Amour. | 17 |


**M.**


| | | |
|---|---|---|
| *Menace* | } de l'Amour. | 28 |


**N.**


| | | |
|---|---|---|
| *Non-soucy* | } de l'Amour. | 22 |
| *Nature* | } de l'Amour. | 1 |


**O.**


| | | |
|---|---|---|
| *Oiselerie* | } de l'Amour. | 16 |

**P.**


| | | |
|---|---|---|
| *Pesche* | } de l'Amour. | 6 |
| *Paresse* | } de l'Amour. | 23 |
| *Protection* | } de l'Amour. | 32 |


**R.**


| | | |
|---|---|---|
| *Renouuellement* | } de l'Amour. | 33 |
| *Ruse* | } de l'Amour. | 20 |


**S.**


| | | |
|---|---|---|
| *Saison* | } de l'Amour. | 21 |
| *Secours* | } de l'Amour. | 31 |
| *Subtilité* | } de l'Amour. | 26 |
| *Superbe* | } de l'Amour. | 14 |


**T.**


| | | |
|---|---|---|
| *Tirannie* | } de l'Amour. | 25 |
| *Trafiicq* | } de l'Amour. | 9 |
| *Tragedie* | } de l'Amour. | 40 |


**V.**


| | | |
|---|---|---|
| *Victoire* | } de l'Amour. | 41 |

## *Table des Emblemes.*
## *Du Second Liure.*

### A.


| | | |
|---|---|---|
| *Accroissement* | } de l'Amour. | 17 |
| *Attrait* | } de l'Amour. | 4 |


### B.


| | | |
|---|---|---|
| *Baing* | } de l'Amour. | 12 |
| *Bergerie* | } de l'Amour. | 3 |
| *Biscuit* | } de l'Amour. | 13 |
| *Broderie* | } de l'Amour. | 14 |


### C.


| | | |
|---|---|---|
| *Chasse* | } de l'Amour. | 8 |
| *Chemin* | } de l'Amour. | 2 |
| *Curiosité* | } de l'Amour. | 35 |


### D.


| | | |
|---|---|---|
| *Desir* | } de l'Amour. | 24 |
| *Description* | } de l'Amour. | 1 |
| *Douceur* | } de l'Amour. | 38 |


### E.


| | | |
|---|---|---|
| *Echo* | } de l'Amour. | 16 |

| | | |
|---|---|---|
| *Entement* | } de l'Amour. | 19 |
| *Escrime* | } de l'Amour. | 10 |
| *Extase* | } de l'Amour. | 39 |


**I.**


| | | |
|---|---|---|
| *Ieu* | } de l'Amour. | 6 |
| *Impatience* | } de l'Amour. | 23 |
| *Inuincibilité* | } de l'Amour. | 28 |
| *Iubilation* | } de l'Amour. | 30 |


**L.**


| | | |
|---|---|---|
| *Langeur* | } de l'Amour. | 22 |
| *Larcin* | } de l'Amour. | 21 |
| *Liberté* | } de l'Amour. | 29 |

| | | |
|---|---|---|
| *Lien* | } de l'Amour. | 7 |

**M.**

| | | |
|---|---|---|
| *Martyre* | } de l'Amour. | 25 |
| *Meditation* | } de l'Amour. | 18 |
| *Milice* | } de l'Amour. | 9 |

**N.**

| | | |
|---|---|---|
| *Nuict* | } de l'Amour. | 33 |

**P.**

| | | |
|---|---|---|
| *Playe* | } de l'Amour. | 20 |
| *Polissure* | } de l'Amour. | 11 |
| *Pourtrait* | } de l'Amour. | 15 |
| *Presence* | } de l'Amour. | 34 |
| *Puissance* | } de l'Amour. | 5 |

**Q.**

| | | |
|---|---|---|
| *Quietude* | } de l'Amour. | 36 |

**R.**

| | | |
|---|---|---|
| *Rauissement* | } de l'Amour. | 40 |

**S.**


| | | |
|---|---|---|
| *Sacrifice* | } de l'Amour. | 27 |
| *Sympathie* | } de l'Amour. | 31 |
| *Speculation* | } de l'Amour. | 32 |


**T.**


| | | |
|---|---|---|
| *Triomphe* | } de l'Amour. | 26 |


**V.**


| | | |
|---|---|---|
| *Vision* | } de l'Amour. | 41 |
| *Vnion* | } de l'Amour. | 37 |

*A N T V E R P I A E*
*Typis* GERARDI WOLSSCHATII,
*M. DC. XXIX.*